tendentes ad eūdē effectum iunguntᷣ ad faciendū
plenā. vt no. in. d. c. fi. ⁊ in. d. l. admonēdi. Nec ob.
tex. dū dicit ꝙ ſufficientᷣ erat ꝓbatū. qꝛ verū ē ꝙ te-
ſtes ſufficientᷣ ꝓbabant illā cōfeſſionē. ſ; illa ꝯfeſſio
tanꝗ̄ incidentᷣ facta nō ꝓbabat plene oblationē. ⁊
ſic dȝ tex. reduci ad cōcordiā. Et ex hoc ⁊ ex tex. nō
ſing. ꝙ cōfeſſio facta proptᷣ aliud etiā in pñtia par
tis plene nō probabat. qđ tenebis ſꝑ menti. Sȝ hu
ic intellectui vehemēter ob. hec lr̄a que in triplici lo
co videtur velle ꝙ illa verba inducebāt vltimā vo-
luntatē expreſſe. vt patet ibi velut vltimā exprimēs
voluntatē. ⁊ ibi cū vltimā volūtatē expſſit. ⁊ ibi que
ſuꝑ vltima voluntate. ⁊ ſic nō inducebantᷣ illa v̄ba
vt cōfeſſio. ⁊ hec multū faciūt ꝓ p̄mo intellectu. ſed
tenendo ſecūdū quē ſentit hic glo. in. v̄. vnꝰ ſolus.
⁊ Inno. in. v̄. ꝓbationes. ⁊ ſequitᷣ do. An. Poſſu-
mus dicere ꝙ hic fit mentio de vltima volūtate. nō
ꝙ ꝑ eā fuerit inducta teſtamēti factio. ſ; capitᷣ pro fi
nali aſſertione ipſius archipreſbri. nā requirunt in
hac vltima volūtate. ſ. ꝙ ſe ⁊ ſua donaſſet monaſte
rio. vnde cū nunꝗ̄ poſt expreſſerit ꝯ̄riū ſtandū eſt
huic finali aſſertioni cū dicto illius teſtis. ⁊ ſic opoꝛ
tet aliquātulū impropriare illa verba vt vitentᷣ ma
iores abſurditates. Nec hoc ē nouū cuȝ ſepe idem
verbū relatū ad diuerſa ſignificat diuerſa vt viten-
tur alie abſurditates. vt eſt pulcher tex. i. c. cum di
lectus. de cōſue. facit. c. ab excōicato. cuȝ ibi no. de
reſcrip. ⁊ ꝑ hoc habetᷣ clariſſime intellectus huiꝰ. c.
⁊ ad hos duos intellectus ſunt referēde ꝯ̄rietates
que eliciuntᷣ ex gl. ¶ Sed circa p̄dicta queritᷣ de. q.
q̄tidiana. Quidā in egritudine poſitus cōdit teſta
mentū in quo cōfeſſus ē ſe abſtuliſſe multa bōa cu-
iuſdā eccleſie. ⁊ mandauit certā quātitatē in recom
penſatione reſtitui. demū cōualuit ⁊ negligit reſti-
tuere. queritᷣ nunq̄d poſſit cōpelli cū nō poſſit ꝓba
ri niſi per ꝯfeſſionē ſuā in teſtō factā. Pe. in. l. gene
raliter. C. de nō nu. pec. tenuit ꝙ ſic. q̄n in vltima
voluntate pōt q̄s cōfiteri ⁊ alios ꝯ̄ctus facere. vt in
d. l. heredes palam. ⁊ i. d. c. q̄ꝗ̄. ⁊ hec ſūt irreuoca-
bilia. vt. s̄. de confeſ. ꝑ to. ⁊ in. l. ſicut. C. de a. tio. ⁊
ob. ſed Bar. in. l. cū quis. in. §. codicillis. ff. de leg.
ij. poſt quoſdā doc. tenet oppoſitū. nā vt ibi pȝ talᷣ
cōfeſſio nō ꝓbat niſi ſit iurata. Itē iura dicūt ꝙ ta-
lis cōfeſſio inducit fideicōmiſſū vel legatū. vt. l. luti
us. de leg. ij. ⁊. C. de fal. cau. adiec. legato ꝑ totum.
Itē ſi ꝯ̄rium diceretur poſſet patᷣ indirecte p̄uare fi
lium legitima ſua. qꝛ nō haberet niſi ꝯfiteri ſe debi-
torē plurimorū. qđ facere nō pōt. vt no. ſpe. in ti. d̄
cōfeſ. in. §. nunc videndū. v̄. ſequitᷣ. Io. cōclude pꝰ
cū ampliando terminos. q. cū queritᷣ generalr̄. nū
quid verba enunciatiua emiſſa in vltima volūtate
ꝓbent ſeu inducāt diſpōem. Aut eni verba enunci
atiua ꝓferuntᷣ ꝓpter aliud. aut p̄ncipaliter ꝓptᷣ ſe.
Primo caſu talia verba plene nō ꝓbant nec etiā in
ducūt vt pȝ in iſto tex. ⁊ iuribꝰ. s̄. alle. Secūdo caſu
aut fuit adiectū iuramentū ⁊ ꝓbāt vt i auc̄. ꝙ obti-
net. C. de proba. ⁊ in corpore. vñ ſumitᷣ. ⁊ in auc̄. d̄
iureiur. a mor. p̄ſti. ⁊ hoc ꝓcedit nō ſolū q̄n teſtatoꝛ
expſſe iurat. ſed etiā q̄n dicit ſe iuraſſe. ⁊ videtᷣ velle
tex. in. d. auc̄. Aut ceſſat iuramentū. ⁊ tūc ſi p̄s fuit
p̄ñs vel notariꝰ vel ordinarius recepit ꝯfeſſionē ꝓ
parte ⁊ tunc probat ar. hic in eo. ꝙ pōderatᷣ partis
p̄ñtia ⁊ probatᷣ meliꝰ in. c. q̄ꝗ̄. p̄alle. Aut nemo re-
cepit hanc cōfeſſionē. ⁊ tūc talia verba nō probant
actū enūciatū. ſed inducūt legatū ſeu heredis inſti-
tutionē ſm̄ qualitatē verboꝝ. vt in. d. §. codicillis.
⁊ alijs iuribus ſupius alle. Et ex his infertᷣ ad deci-
ſionē. q. ꝓpoſite. vt nō poſſit ille poſtꝗ̄ cōualuit cō
pelli ex quo nō fecit ille iuramētū. nec aliquis h̄ñs
p̄tātem recepit cōfeſſionē. Et idem dic in eo q̄ con-
fitetur in teſtō ſe vſurarium ⁊ mandat certā quanti
tatē reſtitui. nam alio nō interueniēte cōpelli ſi pōt
ad reſtitutionē. ⁊ idē dicendū in ſilibus q̄ſtionibꝰ.
¶ In glo. in. v̄. cōpetere in fi. no. glo. bñ ⁊ ꝓbatur
ſatis i h̄. c. iūcto. c. iudicas. iij. q. ix. furoꝛ. q̄ ſelᷣ acce-
dens p̄ſumitᷣ adeſſe niſi probetᷣ ꝯ̄rium. Quid de
alijs infirmitatibus. vide qđ dixi in. c. cuȝ intᷣ cano
nicos de elec. ⁊ ibi ꝑ doc. Qualiter aūt ꝓbetᷣ furoꝛ
ſeu mentis alienatio. dic ꝙ v̄bo ⁊ facto. ꝓ hoc. c. le-
gimus. xciij. di. vbi dicit fatuꝰ fatua loquitᷣ. ad ideȝ
l. quidā. cū ſua glo. ff. de cōdi. inſti. ⁊ vide glo. in. c.
cōſaldus. xvij. q. j. Quid autē ſi vna p̄s ꝓbat furo
rem ⁊ reliqua ſanā mentē que ꝓbatio p̄ualet. vide
qđ no. i. c. ſuꝑ h̄. de renūciatio. ⁊ in. l. nec codicillos
C. de codicil. ¶ In gl. in v̄. ſuꝑ impetitione. no. be
ne glo. qꝛ nō eſt in eo qđ limitat. ⁊ vide. c. cū qui. d̄
p̄ben. li. vj. ⁊. c. j. de do. ⁊ cōtu. In glo. fi. ibi. niſi
ꝑ vnū teſtē. ſ; tūc oppo. nā videtᷣ ꝙ ex quo abbas ha
buit vnū teſtē debuit ſibi deferri iuramētū in ſup-
plementū ꝓbationis. vt in. c. fi. de iureiur. Sol. di
cunt Gof. ⁊ Io. an. ꝙ rerū quantitas diſſuaſit iura
mentū deferri volūt dicere ꝙ vbi agitur de magno
p̄iudicio ſeu de re magni valoris nō defertur iura
mentū in ſupplementuȝ ꝓbationis. alij aliter. ſ; hoc
placet. ad hoc qđ le. ⁊ no. in. d. c. fi. Et no. ex hac ſo.
ꝙ etiā prelato ſuper iure eccl̄ie nō defertᷣ iuramētū
in defectum ꝓbationis. cū qđ ē multū p̄iudicialis.
Et in fi. gl. no. gl. ꝙ licet eccl̄ia cōparetᷣ matri. nō t̄ñ
tenetᷣ ſacerdos aliquid de bonis proprijs relinque
re eccleſie. pro hoc. c. j. s̄. eo.

## ¶ De ſepulturis. Rubrica.

¶ Supra viſum ē de ſucceſſionibus ex teſtamen-
to ⁊ ab inteſtato que capiunt effectū poſt mortem.
vt in. c. cū marthe. de cele. miſ. vnde cū fuerit viſuȝ
de bonis defunctoꝝ merito reſtabat videre de ſe-
pulturis ipſorum. nam oēs morimur. ⁊ ſicut aq̄ di-
labimur ſuꝑ terrā. ij. regū. xiiij. c. ⁊ in. c. in eccliaſti-
co. xiij. q. ij. iō. ⁊c̄. Sed q̄ro poſt Io. an. q̄d ē ſepul-
tura. dicit ꝙ ē locus cōcauus q̄ in eccliaſtico cimite-
rio corpus catholici req̄eſcit. Primū. ſ. ꝙ ſit locꝰ cō-
cauus. ꝓbatᷣ in. c. penultᷣ. j. eo. ibi. effodi. ⁊c̄. Scđo
ꝙ ſit in eccliaſtico cimiterio ꝓbatᷣ in. c. aux. xij. q. ij.
Et ibi ꝓbatᷣ etiā ꝙ defunctoꝝ corpa ibi requieſcūt.
nā rōne ꝯſecrationis loci nō poſſūt ita corpa vexa-
ri a ſpiritibus imundis queadmodū in alijs locis
hec eni fuit rō p̄ncipalis quare factū fuit vt catholi
ci ſepeliantᷣ in cimiterijs eccl̄iaꝝ. ⁊ vide bo. tex. cuȝ
glo. in. c. cū grauia. xiij. q. ij. Tertiū. ſ. ꝙ corpus ca

tholici. ⁊c. pbaṫ in. c. ſacris. ſ. e. cū ibi no. nā is qui
nō eſt catholicus nō debet ſepeliri i eccliaſtico cimi
terio. ⁊ ſi de facto fuit ſepultus dʒ exhumari ⁊ pĳci
de quo in. d. c. ſacris. ¶ Et ex his decidūṫ due alie
qōnes. Prima eſt quibꝰ cōcedenda ē ſepultura. et
vt dixi regulariter oibus catholicis. niſi ſpecifice re
perianṫ phibiti. ad h̄ dictū. c. in eccliaſtico. ⁊ in. c. q̄
ſta. ea. cā ⁊. q. Et generaliṫ dici pōt ꝙ decedēs i pec
cato mortali nō debet ſepeliri in cimiterio eccleſie.
vt no. glo. in. c. ĳ. ⁊ in. c. cū ad monaſteriuʒ. de ſta.
regu. facit tex. cū glo. lxxxviĳ. di. in. c. fi. ⁊. xiĳ. q. ĳ.
p obeuntibus. ¶ Secūda qō in quo loco debēt ſe-
peliri catholici. ⁊ vt pʒ ex p̄dictis dicēdū eſt ꝙ in ec-
cleſiaꝝ cimiterĳs. An aūt intra eccliam poſſit aliqs
ſepeliri vide bo. tex. cū glo. xiĳ. q. ĳ. in. c. nullus.
Ultimo queriṫ vtrū cū luctu ⁊ planctu ſūt mortui
ſepeliendi. dicēdū ꝙ nō. ſed cū pſalmis ⁊ pſallenti-
um vocibus. vt in. c. qui diuina. ⁊ in. c. quā p̄poſte
rum. xiĳ. q. ĳ. tamē ſi ex officio charitatis vel pieta
tis vel cauſa humanitatis emittunṫ lachryme nō ē
a iure reprobatū. nā de pleriſq̧ ſanctis legiṫ ꝙ la-
chrymas effuderūt in exequĳs charoꝝ amicoꝝ. de
quo vide tex. xiĳ. q. iĳ. in. §. hoc aūt. cū. c. ſe. ſic legi
mus ꝙ oēs filĳ iſrl̄ planxerūt moyſen ⁊ iacob. vt in
c. qꝛ alĳ. ea. cau. ⁊. q. ꝟ nō ē mltū lugēdū ne videanṫ
hoies deficere in credulitate alteriꝰ vite. nā ē ſignū
deſperationis. vt in. d. c. q̄ diuina. ⁊ in. d. c. vbicun
q̧. ⁊ ſic habes cōtinuationē rubrice expeditam.

# Nos inſtituta.

¶ Decedēs inteſtatus ſepeliṫ in ſepulchro maio
rū. vel vbi eligiṫ ſepultura. prochi-
alis tñ eccliā habebit canonicā por
tionē eius qō reliquit ecclie ſepul-
ture. h. d. ſm veriorē intellectū. Et tria ſunt dicta.
ſecundū ibi. nulli. tertiū ibi. ſed qꝛ. ¶ No. p̄mo vnā
regulā ex p̄n. c. ꝙ decedēs inteſtatꝰ ſeu nō electa ſe
pultura debet ſepeliri in ſepulchro maioꝝ ſuorum
ad idē. c. is qui. e. ti. li. vj. ⁊ hoc fuit inductū exēplo
patriarchaꝝ. Nam abraam iſaac ⁊ iacob etiā in re-
motis exiſtentes voluerūt ſepeliri i ſepulchro ma-
iorū ſuoꝝ. Quid aūt ſi nō hʒ ſepulchꝝ. puta qꝛ de
nouo tranſtulit domiciliū ad aliā ciuitatē. dic ꝙ ſe-
peliendus ē in ecclia parochiali. vt in. c. in noſtra. ⁊
in. c. ex parte. ſ. e. ⁊ in. d. c. is qui. ¶ Secūdo no. ibi
maioꝝ. ꝙ maioꝝ noſtroꝝ actio dʒ eē nr̄a inſtructio
cōcor. c. ſignificaſti. de elec. ¶ No. in. ꝟ. nulli. aliaʒ
regulā affirmatiuā. ꝙ quiſq̧ de nouo pōt ſibi elige
re ſepulturā ⁊ p̄termittere ſepulchꝝ maioꝝ ſuoruʒ
ad inſtar xp̄i. nā ſi voluiſſet ſepultus fuiſſet i ſepul-
chro maiorū ſuoꝝ. tñ elegit ſepeliri in ſepulchro no
uo ioſeph. Et pōdera. ꝟ. elegit poſitum in tex. ſtat
eni p̄miſſiue ⁊ nō diſpoſitiue. nā xp̄s nō diſpoſuit
vt ibi ſepeliret. ꝟ p̄mittēdo videṫ elegiſſe. nā nihil fi
eri pōt ſine p̄miſſione diuina. oia eni que fiunt facit
ip̄e deus aut recto iudicio. aut iſta fieri permittit.
dicit tex. in. c. nimiꝝ. xxvj. q. v. ¶ No. quarto ibi alie
nā ⁊ ibi p̄priā. ꝙ qs pōt hr̄e p̄priā ſepulturā. ⁊ itel-
lige propriā reſpectu vſus. nā dominiū nō pōt qs
habere. qꝛ res ſacre ⁊ religioſe nō ſunt in dominio
alicuiꝰ. vt in. l. in tantū. §. ſacre. ff. de re. diui. ⁊ fac. c.
ratio. ꝟ. de p̄ben. Et vtrū quis pōt hr̄e hoc ius in ci
miterio ecclie vt eo inuito nullus aliꝰ ſepeliaṫ. facit
iſte tex. ꝙ ſic dū diſtinguit p̄priā ab aliena. ꝟ dicam
latius in. c. pe. ſ. e. nā habent laici h̄ ius vtēdi potꝰ
ex tolerantia ecclie q̄ꝫ de iure ſcripto ſicut dicimus
in iure patronatus. vt in. c. qm̄. de iu. pa. Itē ex il-
lo ꝟbo alienā. nota ꝙ qs pōt eligere alienā ſepultu
rā. hoc intellige ꝯſentire patrono vel ratū habente
vt probat exemplū qō ſequiṫ in lr̄a. nā ioſeph ꝯſen
ſit vt xp̄s ſepeliret in ſepulchro ſuo. Sed aduerte
qꝛ in caſu nr̄o qō ē magis dubia. qꝛ illud ſepulchꝝ
erat iuris p̄uati. ꝟ ſepulchꝝ exiſtēs in cimiterio ec-
cleſie eſt iuris publici. ⁊ publica nō pōt priuatꝰ ſibi
appropriare. vt in. d. c. rō. ⁊ iō eſt qō pulchra. nūqd
rector ecclie poſſit inuito patrono ſepulchri alium
ibi inferre. de quo dic vt dicā in. d. c. pe. ¶ No. i. ꝟ
ſed qꝛ. ꝙ ſacerdos iuſte recipit mercedē diuinaruʒ
oparū. dʒ tñ recipe rōne laboris ⁊ nō diuinorum.
vt no. ſ. de ſimo. c. nō ſatis. ⁊ quaſi p totū. ¶ No.
hic ſm abb. ꝙ vita laicorū ē clericis paſſio. ꝟ mors
eſt ꝯſolatio. ⁊ dic ꝙ vita laicoꝝ cēſetur paſſio ipſis
clericis p̄pter labores quos ſuſtinēt in exhibitiōe
ſacramētoꝝ ⁊ alioꝝ diuinoꝝ. nā hn̄t p̄dicare ⁊ ora-
re p eis. vñ de his ſcribitur. peccata p̄pli mei come
dent ⁊c. i. delebūt orādo. de pe. di. ſ. quē penitet.
et. ſ. q. ſ. dictū. ⁊ in. c. ipi ſacerdotes. Mors eni dʒ
ſolatiū reſpectu pceptiōis tp̄alium. nā ⁊ pñi loco ſo
latĳ reſtituiṫ dos filie p̄mortue. nā acerbuʒ eſſet p-
dere filiā ⁊ ipius ſubſtantiaʒ. vt i. l. mater. ff. ſ. iur.
do. vel pōt intelligi ꝙ legatū factū ecclie ſepulture
eſt illi ſolatiū. vñ ecclia parochialis ex quo habuit
paſſionem in vita. dʒ habere ptem illius ꝯſolatio-
nis. ſ. legati. nam bñficiū eſt beniuola actio gaudi-
um tribuēs capiēti. vt in. c. ſ. qui. mo. feu. amit. in
li. feudoꝝ. ¶ Et ex h̄ et ex tex. habes q̄re eccleſia p
rochialis hʒ hāc portiōem ab ecclia ſepulturē. ⁊ lʒ
tex. ſimplr̄ dicat ꝟ eccleſia vbi ꝯſueuit celeſti pabu-
lo reſici. intelligere tñ debes ꝟ eccleſia in q̄ ꝯſueuit
iſte defunctꝰ audire diuina ⁊ recipe eccliaſtica ſa-
cramēta. vt eſt text. in. c. ĳ. de ſepulṫ. li. vj. Et iō du
bitaṫ qd ſi in vna ecclia audiuit diuina ⁊ in alia ac
cepit eccliaſtica ſacra. et intellige qñ iuridice h̄ ſecē
dic ꝙ inter iſtas eccliās debet fieri diuiſio iſtiꝰ por-
tiōis p rōnes huius lr̄e. ar. illius. c. ĳ. de q̄ p Inn.
in. c. de his. ſ. e. ¶ In gl. ſ. in fi. ſed hic glo. nō apit
intellectū vbi ſepeliendi ſunt forenſes ⁊ pegrini. ꝟ
hanc. q. glo. ſenſit in. c. in nr̄a. ſ. eo. ti. in. ꝟ. ⁊ niſi. et
ibi tenēt ꝙ debēt ſepeliri apō eccliam maiorē. Ideʒ
tenet Inn. hic p hac opi. facit. c. vbicūq̧ tēpoꝝ. xiĳ
q. ĳ. ⁊. c. officiū. de of. archip. nā ecclia cathedralis
adminiſtrat talibꝰ ſacra. Archi. in. c. ſ. ſ. e. ti. li. vj. la
te pſequiṫ ⁊ cōcludit ꝙ debēt ſepeliri apud eccleſiā
prochialē vbi decedūt. p. c. ſ. xvj. q. ſ. ⁊. xiĳ. q. ſ. c. ſ.
Nec ob. ſm eū. c. officiū. qꝛ loquiṫ de adminiſtrati-
one ſacroꝝ ⁊ nō de ſepultura. do. meꝰ do. Car. tʒ h̄
primā opi. moueṫ. qꝛ tranſeūtes ⁊ pegrini non pn̄t
dici de prochia alicuiꝰ. vñ ecclia cathedralꝭ q̄ p totaʒ
dioceſim hʒ ptātē dʒ iſtos ad ſepulturam recipere.
Do. An. latiꝰ diſtinguēdo dicit ꝙ aut iſte q̄ moriṫ ē

religioſus ⁊ dꝫ ſepeliri i monaſterio ſui ordinis. vt
in.c.j.ꝓ alle.xvj.q.j.hoc dictū forte non eſt verū.qꝛ
illud.c.loquit̄ qñ religioſus declinauit ad certum
monaſteriū ⁊ ibi mortuꝰ ē.ſi autē moriat̄ ex mona-
ſteriū nō video rōnem diuerſitatis inter eū ⁊ cleri-
cū ſecularem ⁊ laicū.ꝗꝗ̄ ipſe dicat ꝙ clericꝰ ſecula-
ris ꝑegrinꝰ dꝫ ſepelire apud eccliam cathedralem.
nā religioſi ⁊ clerici ſeculares ex ꝗ in loco nō habēt
ꝓprias eccliās cenſent̄ iure laicoꝝ ꝗ ad ſacra recipi
enda.vñ ſicut in laicis dꝛ ita ⁊ in iſtis puto dicēduꝫ
ꝑ hoc.c.⁊ hoc attendendū.de ꝯſe.di.j.vbi dicit̄ ꝙ
oēs clerici exiſtētes infra parochiā certam debent
ibi cōuenire ad audiendū diuina vna cū laicis paro
chialibꝰ.⁊ olim cū monachi nō eēnt clerici oīa ſacra
recipiebant ab eccīa parochiali ⁊ ibi faciebāt obla-
tiones.xvj.q.j.in.c.alia.⁊ ſic intelligo dictum.c.j.
xvj.q.j.i ſuo caſu.⁊ ꝑ h̄.c.ſi.j.eo.ti.li.vj.vbi tex.in
nuit ꝙ ſi religioſus decedit extra monaſterium nō
pōt cōgrue ad monaſteriū ſuum deferri pōt ſibi eli
gere ſepulturā ſicut laicꝰ.In laicis aūt dicit ipſe ꝙ
aut traxerūt morā in parochia.vel venerūt aīo ibi
trahendi morā ad aliqḋ tēpus vt ſunt ſcholares.⁊
tūc ſepeliendi ſunt in eccīa parochiali in qua dece-
dunt.qꝛ illa dicit̄ eoꝝ eccīa parochialis.⁊ hoc pla-
cet ꝑ no.in.c.oīs vtriuſqꝫ ſexꝰ.de pe.⁊ re.⁊ in cle.j.
de priuile.⁊ ibi ꝑ glo.Aut nō traxerūt ibi morā nec
venerūt eo aīo.vtputa qꝛ ſūt tranſeūtes.⁊ tenet ꝙ
in eccleſia cathedrali ſunt ſepeliendi.dicit tñ ꝙ ſi re
ceperunt ſacra a p̄ſbytero parochiali vident̄ tacite
ibi elegiſſe ſepulturā.Hoc dictū cum reuerentia nō
fuit bene ponderatū.nā ſi poterāt recipe ſacra a p̄-
ſbytero parochiali cenſenda ē illa eccleſia ꝑochialꝭ
tranſeuntiū.⁊ ſic erit idē dicendū in iure funerādi.
cū oīa iſta deſcēdāt iure parochiali.Sed dubitari po-
teſt de iſta.q.iudicio meo.qꝛ iura vario mō loquūt̄
ſed occurrit mihi tex.opti.in.c.j.de cele.miſ.vbi vi
det̄ velle ꝙ ſacerdos parochialis pōt adminiſtrare
ſacra peregrinis ⁊ tranſeuntibꝰ ꝑ ſuā parochiaꝫ in
caſu neceſſitatis.Itē eadē rō dꝫ eē in pte ꝗ ad ptem
que ē in toto quo ad totū.vt in.c.paſtoralis.in.§.
Itē cū totū.de offi.deleg.⁊ in.l.que de tota.ff.de
rei.vendi.quēadmodū.ꝗ rōne totiꝰ dioceſis vult
eps ſibi vendicare ꝑtātem in iſtū peregrinū.eodē
modo dꝫ ſacerdos ꝑochialꝭ poſſe reſpectu ſue ꝑo
chie.nā eps nō habet ꝑtātem in ꝑegrinuꝫ ſicut nec
p̄ſbyter parochialis.vt in.d.c.oīs.Ex quo ꝗ iſte h̄
nō habet ſupiorem.debet in diuinis recognoſcere
eccliaꝫ parochialē vbi decedit.nā ad hoc habuit ci-
miteriū diſtinctū ⁊ parochiam diſtinctā.xiij.q.j.c.
j.optime facit etiā.c.paſtoralis.de his ꝗ fi.a prela.
vbi pꝫ ꝙ eccleſia parochialis fūdat intentionē ſuaꝫ
ſup oībus obuentionibꝰ ſpūalibꝰ ꝓuenientibꝰ infra
parochiā.⁊ ad.c.vbicūqꝫ.rñdeo vt ibi no.gl. ¶ In
gl.i.ꝟ.patriarchaꝝ i fi.ſed hic cadit nobil.q.pone
ꝙ pater ⁊ auus alicuiꝰ ſūt ſepulti apud fratres pre
dicatores.maiores vero vt abauus tritauus ⁊ ſu-
piores ſunt ſepulti in eccleſia parochiali.iſte nunc
deceſſit nō electa ſepultura.qꝛ forte impubes vl ſi-
ne teſtamēto deceſſit.querit̄ vbi dꝫ ſepeliri.ꝓ eccle
ſia parochiali facit iſte tex.dum dicit ꝙ i ſepulchro
maioꝝ.nā maioꝝ appellatio ſtricte ⁊ ꝓprie ſumpta
cōprehendit ſupiores tñ vltra tritauū.vt in.l.iuriſ
cōſultus.§.parentes.ff.de gradi.⁊ in.l.queqꝫ.§.
parentes.ff.de in ius.vo.⁊ vtrobiqꝫ no.Item pro
eccleſia parochiali ſunt duo iura vel duo vincula.
ſcꝫ ius parochiale.⁊ ſepulture maioꝝ.Cōtrariū de
terminat Oldra.cōſi.xxv.adducit plura.⁊ inter ce
tera mouet̄ his rōnibꝰ.ſicut domicilium ē inter vi
uos.ita ius ſepulture eſt inter mortuos.Sed quis
cōſequit̄ originē ſeu domiciliū patris ⁊ aui ⁊ nō ſu
periorū.vt no.in.l.aſſumptio.ff.ad munici.⁊ in.c.
ſi.j.de paro.ergo idē dicendum in iure ſepulture.
Itē ⁊ ſecūdo vnio ſepulture ꝓcedit ex quadā cha-
ritate ⁊ mutua dilectione ꝗ fuit inter viuos.vt colli-
git̄.xiij.q.j.c.j.⁊ ſe.ſed maior eſt charitas ſeu dile-
ctio inter filiū ⁊ patrē ⁊ auū ꝗꝫ inter eū ⁊ ſupiores.
cū illi ſint remotiores in gradu.ergo potiꝰ debet ſe
peliri in ſepulchro patris ⁊ aui ꝗꝫ aliorū maiorum
Sed cōtra hanc determinationē repio gl.quaſi ex
preſſam in.c.is qui.e.ti.lib.vj.ꝗ dicit ꝙ ſi in vna ec
cleſia eſt ſepultꝰ pater ⁊ in alia reliqui maiores.ſe-
peliendus ē iſte in ſepulchro maioꝝ.Et ꝗꝗ̄ ratio-
nes Oldra.multū vrgeāt.tñ tex.in.c.ij.⁊.iij.eo.ti.
li.vj.multū facit pro opi.glo.dum ponderat ſepul
chrū maioꝝ ab antiquo.⁊ bis exprimit illud verbū
ab antiquo.⁊ Io.an.ibi in nouella ꝗrit qḋ ſi pater
auus ⁊ abauus ſunt ſepulti i diuerſis eccleſijs.vbi
debet ſepeliri.⁊ dicit de ꝯſuetudine ſeruari vt ſepe-
liat̄ in ſepulchro patris.quidā tñ dixerunt ꝙ imo i
eccleſia parochiali.qꝛ deficit hoc caſu ſepulchrū ma
iorum.ad hoc.c.in nrā.j.e.Mihi aūt placet multū
vt ſepeliat̄ qs in ſepulchro paterno.niſi ſerioſe ele-
git ſibi ſepulturā.nā ita diſpoſuerūt iſti ꝑriarche.
quorum actio ē noſtra inſtructio.Sꝫ ſi pat̄ fuiſſet
alibi ſepultus ꝓter propoſitū ſuū.puta qꝛ nō potu
it ſepeliri in ſepulchro maioꝝ propt̄ impoſſibilitatē
facti vel iuris.tūc ꝓcedit alia opinio.Et ad illa iura
que ponderāt ſepulchrum maiorum ab antiquo.
rñderē ꝙ fit illa ponderatio quo ad excludendā ec-
cleſiam parochialem.nō reſpectu ſepulchri pater-
ni.nam ſepultura paterna pre omnibus pondera
tur.vt no.j.e.c.fraternitatem. ¶ In glo.in.ꝟ.iu-
dicij in fi.no.bene glo.ꝗ ꝗtidie allegat̄.vult eniꝫ ꝙ
canonica portio debeatur eccīe parochiali ſoluꝫ ḋ
relicto facto eccīe ſepulture.Hoſti.tenet ꝯtrarium
vt de oībus relictis ꝗbuſcūqꝫ eccleſijs factis ⁊ in ꝗ
cunqꝫ re ſiue mobili ſiue imobili debeat̄ portio ec-
cleſie ꝑochiali.mouet̄ ꝑ iſtū tex.ꝗ loqt̄ ibi gnālit̄ iu
dicij ſui.⁊ expōit ipē iudicij ſui.i.relicti ꝓ aīa ſua fa
cti ⁊ cū eo cōcurrunt Pe.⁊ Egi.ſed cū hac gl.ꝯcur
rit Inno.in.c.pri.abbas hic ⁊ glo.in.c.cum ſuper
⁊ in.c.certificari.j.e.⁊ Io.an.in glo.ſua in cle.du-
dum.eo.ti.in.ꝟ.quartam.vbi dicit fratres mendi
cantes nō teneri ad quartā ſi teſtator ſi fuit ſepultꝰ
apud eos.⁊ hec opi.videt̄ cōmunior ⁊ verior.nam
ſi iſte fuiſſet ſepultus in eccīa parochiali alie eccīe
legatarie nihil ſoluerent vt hic.ergo ex electione ſe
pulture nō debēt iſte eccīe ꝑgrauari ex ꝗ apud eaſ
teſtator nō fuit ſepultꝰ.ſatis eni ē ꝙ concurrit cum
eccleſia ſepulture.⁊ hoc videt̄ de mēte huiꝰ littere.

ꝛ vide ꝑ archi. in. c. ij. e. ti. lib. vj. ¶ Extra glo. qͥrit nunquid hec portio debeat eccl'ie parochiali de relictis iure inſtitutionis. quidā voluerūt ꝙ nō. ſꝫ ſolū de legatis ꝑ. c. requiſiſti. ē. de teſta. Jo. an. tenet h̄ cōtrariū ꝑ tex. iſtū q̄ generaliter dicit tertiā ꝑtē ſui iudicij. ⁊c. ad idē. c. ſequēs. ꝛ meli⁹. c. cū ſup. j. eo. ꝛ in. d. cle. dudū. ꝛ hoc teneas. intellige tñ niſi ſit donatum inter viuos. qꝛ de hmōi non debeatur q̄rta. vt vult hic glo. ꝛ hoſti. ꝛ glo. in. c. j. de ſta. re. dixi plene in. c. requiſiſti. de teſta. alie glo. ſunt faciles.

**Relatum.** Qui cōuertitur ad monaſteriū medietatē bonoꝝ que ꝓ aīa ſua diſpoſuit tenetur relinq̄re eccleſie parochiali. h. d. cōis diuiſio. ¶ Nota ꝑmo ibi ſiue in morte ſiue in vita ꝙ q̄s pōt ad monaſteriū cōuerti nedū in vita ſꝫ etiā in morte. ꝛ ſi volum⁹ intelligere ꝑut intelligit glo. ij. ꝙ in vita dicitur quantum ad caſum hui⁹. c. qñ hoc facit in egritudine in q̄ deceſſit ecēt tex. hic ꝓ iſtis qui diſponūt vt poſt mortē ſuā induantur certo habitu religionis ꝛ ſepeliantur in illa religione. nō tñ puto ꝙ iſti ꝑ hoc ſint religioſi. nā monachat⁹ diſſoluitur morte. vt no. i. c. ſi. j. e. li. vj. iō nō pōt q̄s eſſe monach⁹ poſt mortē. Eſt enim ꝓprie monachat⁹ q̄ddā votū ꝑ q̄d nō imprimitur character aīe. ꝓdeſt ergo aſſumptio talis habitus poſt mortē quo ad deuotionē quādā. ¶ No. ſecūdo ibi oīm rerū. ⁊c. ꝙ de oībus bonis cuiuſcunq̄ q̄litatis ſint relictis eccleſie ſepulture debetur portio eccl'ie parochiali. ꝛ ſic nō ſolū de candelis ꝛ funeralib⁹. ſꝫ de omnib⁹ obuenientibus eccl'ie ſepulture ꝓ aīa defūcti. ad hoc. d. cle. dudum. ꝛ q̄d ibi no. glo. ¶ Nota tertio ibi. decreuerit diſponere. nam ꝑ hec v̄ba generalia infertur ad id q̄d dixi in. c. ꝑcedenti. vt quocū q̄ titulo aliquid relinquatur eccl'ie ſepulture debetur portio eccl'ie parochiali. nā verbū diſponere ē multum latū. ¶ Ultimo no. ꝙ iſta portio nō debetur epo ſed eccl'ie parochiali. q̄d clari⁹ ꝓbatur. j. eo. c. infra. et c. ij. e. ti. li. vj. Sed cōtra hoc facit. c. officij. ꝛ. c. requiſiſti. ē. de teſta. in quib⁹ hec portio debetur epo. So. quidā dixerūt in hoc ſtandū ↄſuetudini. ſed cōmuniter tenetur ꝙ hec portio debetur eccl'ie parochiali. ſꝫ eps habebit portionē ſuā ab vtraq̄ eccl'ia. ſi iſte eccleſie nō ſunt exempte. ꝛ ſic ꝓcedūt ↄ̄ria. Si v̄o altera eccl'ia eēt in aliena dioceſi. tūc q̄libet eps habebit portionē ſuā ab eccl'ia ſibi ſubiecta. Et ex hoc dicto no. bñ ꝙ epo debetur portio etiā de portione quā capit eccleſia parochialis ab eccl'ia ſepulture. ꝛ idē tenuit p⁹ ꝑre. in. c. ſi. ē. de teſta. ꝓ h̄. c. cōquerente. ē. de of. ordi. vbi dicitur quartā deberi epo de oībus funeralibus. i. ꝓuenientib⁹ occaſione funeris. Et no. ex primo loco dictis ꝙ valet ↄſuetudo ꝙ portio debita eccl'ie parochiali debeatur epo. ꝛ nimiꝝ. nam ſicut eccl'ia parochialis pōt ꝑſcribere quartam contra epm. vt in. c. de quarta. de ꝑſcrip. ita eps ↄtra eccl'iam parochialem. ¶ Sed queritur de alia pulchra q̄ōne. nunquid eccl'ie parochiali debeatur quarta de oblatis ꝓ alijs ſacramētis. Jnno. tenet hic ꝙ ſic. qꝛ eadem rō eſt. dign⁹ eni eſt operarius mercede. ⁊c. vt no. ē. c. proxi. ¶ Et ex hoc no. ſi. ꝙ oblatiōes que fiunt occaſione ſacramentorū ꝑceptorū in alia eccleſia cedunt illi eccl'ie. ſed quarta debetur eccl'ie ꝓchiali. Sed dubito an hoc dictum ſit verum. qm̄ nullo iure probatur ꝛ intellige quando ſacramēta licite ſūt ꝑcepta in alia eccleſia. puta propter neceſſitatē. vl' iuit ad aliam eccleſiam maiorem vel ad fratres mēdicantes qui ſunt priuilegiati reſpectu ſacramenti penitentie. nā iſta iura ſolum loquuntur de relictis factis in morte ꝛ nō de oblatis inter viuos. ꝛ facit. c. de his. j. eo. primū tñ dictum videtur cōiter approbare doc. ſimpliciter illud referentes. ¶ Jn glo. ij. in ſi. no. glo. ꝓ intellectu iſtius. c. ꝛ. c. de his. j. c. vt dicamus ꝙ de bonis ingredientis religionē in ſanitate nihil debeatur eccleſie parochiali. ſed ſi itrauit in egritudine in qua deceſſit debetur portio. ꝛ ita itelligatur iſte tex. Quis Jnno. hic ꝛ in. c. de his multū variauerit. dicendo inter cetera ꝙ ſi ingreditur religionē ꝛ ſit ibi ꝓfeſſus. tunc debetur portio eccl'ie parochiali de bonis ſuis q̄ acquiruntur monaſterio. Rō qꝛ tunc mori fingitur. xvj. q. j. quia. ꝛ. xvj. q. j. placuit ꝛ ſi aliquid relinqueret monaſterio ꝓ aīa ꝛ aliquid donaret ꝓ ſua ſuſtentatione. tunc nō deberetur portio niſi de relicto ꝓ aīa. Opi. tñ glo. cōiter approbatur ꝛ videtur ꝓbari in. d. c. de his. q̄d mihi placet. nā iura loquūtur de relictis occaſione ſepulture. Jtē de morte naturali. ſed intrans religionē naturaliter nō moritur. imo retinet cognationē ꝛ ſuccedit parentibus. vt in. l. deo nobis. C. de epi. ꝛ cleri. ꝛ ſi mutaret iſte domiciliū nō tenetur dare aliquid eccl'ie parochiali. ergo nec ingrediendo monaſteriū. cū ſolū habeat domiciliū in monaſterio. vt notat. Jnn. in. c. ex ore. de priuil. dixi in. c. dilectus. de reſcrip. ¶ Jn glo. iij. ibi reliquerit paupib⁹. ⁊c. no. bñ gl. ꝙ de relicto facto paupibus nō debetur portio. ꝛ reſpectu eccleſie parochialis nō eſt dubiū tenendo opi. quā tenui in. c. ꝑcedenti. videlicet ꝙ eccleſie parochiali debetur portio ſolum de relicto facto eccl'ie ſepulture ſꝫ tunc puto hanc glo. procedere etiā in portione q̄ debetur epo. nam ſibi debetur ſolum de relicto facto eccleſie ꝛ pijs locis. vt in. c. requiſiſti. de teſta. ḡ nō d̄ relicto ꝑſonali maxime facto paupibus. ꝓ hoc. c. requiſiſti. in ſi. ꝑalle. ſed Jo. an. in. c. dudū. de cōuer. cōiu. limitat hanc glo. niſi relictum fuerit factū pauperibus certi loci. qꝛ relictū videtur tunc factū intuitu loci. ꝓ hoc. l. annua in ſi. ff. de annu. lega. ꝛ in. d. c. requiſiſti. tunc eni per oīa ꝓcedendū ac ſi relictū fuiſſet factū pio loco. ꝛ vide ad ꝑdicta. l. nulli. ꝛ. l. ſi quis ad declinandā. C. de epi. ꝛ cle. vbi habetur ꝙ etiā ſi eps exequitur relictū factum paupib⁹. nihil tñ ſibi debet retinere. rōnem pōt colligere ex his que dixi in. c. officij. ē. de teſta.

**Fraternitatem** hoc. c. hodie recipit determinationē ſeu ſm alios correctionē per. c. ij. eo. ti. li. vj. vbi habetur ꝙ q̄s pōt relinquēdo ſepulturā ſuā antiquā eligere ſepulturā i loco minus religioſo. ſed ſaluando iſtū tex. quātū fieri pōt ſūmo ſic vbi q̄s ſepulchro maiorū relicto eligit ſepulchꝝ in loco minus religioſo dolo induct⁹ ſeu ex cōtemptu ſeu nō dimiſſa eccl'ie ſue canonica portione expꝛeſſe vel tacite nō tenet electio. Et ſunt tres partes.

In p̄ma ponit ius. In ſecūda narrat factū. In ter
tia cōcludit. ſecūda ibi. vnde. tertia ibi. quo circa.
Nota ꝙ in eccleſijs ⁊ monaſterijs in quibꝰ ſunt iſti
tute ꝑſone religioſe poteſt quis eligere ſepulturā
⁊ qḋ plus eſt videt̄ illa loca habere cimiteria ab an
tiquo. ſed ego nō memini vnq̄ȝ aliquā cōſtitutiōeȝ
legiſſe in qua caueat̄ ꝙ monaſteria habeant de iu
re cimiteriū niſi ꝓ ſuis. vt in. c. j. xvj. q. j. Itē Inn.
i. c. j. ſ. e. tȝ ꝙ d̄ iure cōmuni ille dūtaxat eccleſie ha
bent cimiteriū ⁊ ius funerandi que habent popu
lū. ⁊ idē no. gl. in cle. dudū. de ſepul. ⁊ Archi. in. c. j
eo. ti. li. vj. ⁊ videt̄ ꝓbari iudicio meo. in. c. j. xiij. q
j. vnde intelligo iſtū tex. aut in monaſterijs haben
tibꝰ populū. aut ī habētibꝰ ex priuilegio ſic̄ hn̄t ho
die cōiter fratres mendicantes. vt in. d. cle. dudū
⁊ q̄s poſſit dare priuilegiū. hoc dicā. j. e. certificari.
¶ Nota ſecūdo ibi aliorūq̄ȝ parentū. ꝙ. v̄. parētuȝ
q̄nq̄ȝ verificat̄ in cōſanguineis collateralibꝰ. ⁊ in h̄
credo ꝙ alludat vulgari alicuiꝰ loci in quo ꝯſangui
nei vulgarit̄ appellant̄ parentes. ſ̄ ꝓprie parentes
ſunt aſcendētes. vt in. l. iuriſcōſultus. §. parentes.
ff. de gradibꝰ. ¶ No. tertio ꝙ fidelis nō pōt eligere
ſepulturā in loco ꝓuato. vnde talis volūtas ē ſper
nenda. ⁊ in hoc no. iſtū tex. ¶ Ultimo no. ꝙ corpꝰ
defuncti pōt largo modo vendicari ab eccl̄ia vbi d̄
iure debebat ſepeliri ⁊ reſtituendū ē corpꝰ cū oībꝰ
oblationibꝰ ibi factis. vt hic in fi. ⁊ in. c. in nr̄a. j. e.
ti. ¶ In gl. in. v̄. frequētia. ibi. ꝙ frequētes. ⁊c̄. ⁊ ꝓ
hoc vide tex. cū gl. i. c. cū grauia. xiij. q. ij. ⁊ ob hoc
cautū ē vt quis eligat ſepulturaȝ in loco vbi frequē
tius celebrant̄ diuina officia. ex his eni locus dicit̄
magis religioſus. Itē fiunt ibi frequētius oratōes
ꝓ ibidem defunctis. Et ob hoc gl. in. v̄. frequentiꝰ
format. q̄ nūquid valeat tm̄ generalis oro que fit
ꝓ omnibus defunctis ſicut illa q̄ fit ſpecialit̄ pro ali
quibus defunctis. Et glo. videt̄ dubitare ⁊ magis
declinare in ꝑtem vt equalr̄ ſuffragia ꝓſint. ſed ho
nor videtur deferri illis ꝓ quibꝰ ſpecialit̄ orat̄. Io.
an. hic dicit ꝙ aut cōſideramꝰ effectū ſuffragioꝝ re
ſpectu charitatis. ⁊ tūc ita ꝓſunt generaliter ſuffra
gia facta ſicut ſpecialiter q2 charitas non diminuit̄
imo ſparſa ampliat̄. ⁊ intellige dictū ſuū de charita
te exiſtēte in oratore ſeu alia ſuffragia faciente. ſ̄ re
ſpectu defunctoꝝ ꝓ quibꝰ fiunt illi magis ꝓſunt q̄
eſt in maiori charitate. cū magis delectet̄ ex bonis
opibus ⁊ ſuffragijs ꝑ proximū factis. Aut conſide
rant̄ ſuffragia facta reſpectu ſatiſfactiōis. ⁊ tūc ma
gis ꝓſunt his ꝓ q̄bus ſpecialit̄ fiunt q̄ȝ ſi generalit̄.
Rō q2 hn̄t efficaciā finitā. ⁊ ex diuina iuſticia diſtri
buunt̄ in illos ꝓ quibꝰ fiunt. ꝗ̄ tanto minꝰ opantur
quāto ꝓ pluribꝰ fiunt. ar. in. c. cum. M. de cōſti. ⁊
hanc ſniam videt̄ ſeq̄ beatꝰ Tho. quarto ſniarum.
di. xl. q. ij. arti. ij. ⁊ Cal. h̄. dicit. tn̄ beatꝰ Tho. nota
bile verbū. ſ. credendū eē ꝙ ſi illi ꝓ quibꝰ fiūt nō in
digent ꝙ ꝓſunt alijs. ⁊ vide glo. no. in cle. ſic̄. xxiij.
q. iiij. q̄ vult ꝙ ſi oro ē facta ꝓ alio ⁊ illi n̄ ꝓdeſt ſaltē
ꝓdeſt faciēti. ⁊ iduc̄ ibi pſalmiſtā. Oro mea in ſinu
meo cōuertet̄. ⁊ ad. c. nō mediocrit̄. de cōſe. di. v. re
ſponde vt ibi no. ¶ In glo. in. v̄. nō noua. in fi. ho
die dicendū vt habet̄ in. c. ij. e. ti. li. vj. vbi approbat̄

ſcḋa opi. hic poſita in glo. vt licitū ſit eligere ſepul
turam etiā in loco minus religioſo. Sed ſi volumꝰ
iſtū tex. ſaluare vt nō ſit correctus. poſſemꝰ dicere
ꝙ in loco minus religioſo ſeu in eccl̄ia nō habente
cimiteriū nō licet eligere ſepulturā. q2 eſt ꝯ inſtituti
onē ſanctoꝝ patrū. cū corpora fideliū debēt requie
ſcere in cimiterijs eccliaꝝ. xij. q. ij. c. aurū. ⁊. xiij. q.
j. c. j. Itē pōt ꝓcedere iſte tex. qn̄ dolo fuit inductus
vel ex cōtemptu eligit ſepulturā in loco minus reli
gioſo. c. j. eo. ti. li. vj. vel quādo nō ſoluitur portio
eccleſie parochiali.

De his. Siquis in egritudine de qua
decedit ſe ⁊ ſua offert mona
ſterio eccl̄ia parochialis hȝ inde canonicaȝ
portionē. ſecꝰ ſi in ſanitate. Scḋa ibi. ſi v̄o. ¶ Nota
primo quē poſſe ingredi religionē tp̄e egritudinis
infirmitas q̄ corpis nō viciat religionis ingreſſum
cū ipiꝰ validitas dependeat a ſanitate mētis ⁊ non
corporis. ad idē. c. porrectū. de regu. ¶ No. h̄ ar.
ſing. a ꝯrio ſenſu ꝙ ſi parochianꝰ electa alibi ſepul
tura tacite vel exp̄ſſe aliquid reliquit ecclie prochia
li tenet̄ talis eccl̄ia illud relictū cōputare in ſortem
⁊ in canonicā portionē ſicut dicimꝰ i filio q̄ compu
tat ſibi in legitimā q̄cquid a p̄re relictuȝ eſt. vt in. l.
qm̄odo. ⁊ in. l. ſancimꝰ. C. de inoffi. teſta. al̄s fru
ſtra pōderaret̄ hic ꝙ nihil fuerat relictū ecclie paro
chiali lȝ aliud ſit in epo. c. officij. de teſta. Nec ob. ſi
diceres hic cōiūgi epm̄ ⁊ eccliam parochialē. qm̄ d̄
epo dictū fuit incident̄. vn̄ nihil de eo hic r̄ndet̄. de
quo tn̄ dic vt plene dixi in. d. c. officij. ¶ No. tertio
tex. quaſi rotundū ꝙ de oblatis ſeu relictis alicui
ecclie in vita nō debet̄ canonica portio. ⁊ ſi ponde
rabis finē huiꝰ lr̄e. infert̄ ꝙ etiaȝ epo nil debet̄. ⁊ ꝓ
hoc videt̄ tex. in. c. j. de ſta. regu. ⁊ clarius ibi ſentit
glo. ⁊ in. c. nimis. el. j. j. de exceſ. p̄la. dixi plene i. c.
req̄ſiſti. de teſta. ⁊ dic vt ibi. ¶ Sȝ q̄ro nūquid iſte
tex. ꝓcedit indiſtincte ſiue q̄s intret monaſteriū in
vita vt fiat monachꝰ ſiue vt ibi viuat cuȝ alijs citra
ꝓfeſſionē. Inn. vult reſtringere lr̄am vt intelligat̄
in ſecūdo caſu ⁊ nō in p̄mo. q2 coipo ꝙ ꝓfitet̄ cenſe
tur mortuꝰ. ⁊ ſic dȝ dari canonica portio. Sȝ cōiter
tenet̄ oppo. vt dixi in. c. ij. ſ. e. nā ꝓprie loquit̄ tex.
de his qui efficiunt̄ religioſi vt innuit lr̄a ibi ſe trā
ferūt ⁊ ibi tranſtulerūt. q̄ verba ipoꝛtāt plenā tranſ
lationē. xxj. q. ij. ſi quis iā tranſlatus. ⁊ dic plenius
vt dixi in. d. c. ij. Querit h̄ Inno. q̄d ſi quis i capel
la audiuit diuina. ⁊ i plebe accepit eccl̄iaſtica ſacra
cui debet̄ canonica portio. cōcludit ꝙ fiet diuiſio in
ter capellā ⁊ plebē. qḋ ſatis placet ꝑ. c. ij. eo. ti. li. vj.
vbi in ꝑceptione huius portionis ponderant̄ duo
ſcȝ ꝙ in illa eccl̄ia audiuerit diuina ⁊ ꝑceperit eccl̄ia
ſtica ſacramēta. Itē facit tex. in. c. j. ſ. eo. vbi pōde
ratur labor ſeu paſſio in adminiſtratione diuinoꝝ
Cū ergo ambe ecclie habuerunt in vita ipiꝰ paſſio
nē ⁊ laborē. pariter debēt ſentire bn̄ficiū. vt ſic ſint
ſocij cōſolationū. ⁊c̄. vt in. d. c. j. ¶ Sȝ dubiū quo
tidianū eēt quid ſi in plebe nō recepit niſi ſacrm̄ ba
ptiſmatis. reliqua vero ꝑcepit in capella prochiali.
vbi etiam audiuit diuina. ꝓut cōmunit̄ cōtingit in
iſtis plebibꝰ habētibus ſub ſe capellas. credo ꝙ ſu

perioꝛ dꝫ inter eas arbitrari cõdignas poꝛtiones.
ſm quãtitatem laboꝝ. debet tamẽ multũ haberi re
ſpectus ad ſacrm baptiſmatis cum ſit ianua omni-
um ſacramentoꝛum. c. j. ⁊ ſi. de pſby. nõ bap. facit
l. ſero. ff. de annu. lega. ¶ In gl. j. ibi. bona ſua cõ-
ſũmare. hoc intellige verũ niſi faceret in fraudẽ fili
oꝛum. quo caſu reuocaret venditio ⁊ donatio vſqꝫ
ad poꝛtionẽ debitã ſibi. vt dixi in. c. raynuti⁹. ⁊. c.
raynaldus. alle. in gl. Itẽ poterit iudex refrenare
pdigalitatẽ ipſius interdicendo adminiſtrationem
bonoꝝ. l. is cui bonis. ff. de. vbo. obli. intereſt enĩ
reipublice ne qs male ſuas res admĩſtret. inſti. q
ſunt ſui vel ali. iur. §. ſed hodie. ⁊ in. l. j. ⁊. ij. ff. eo.
¶ In glo. ij. ibi dicũt ꝯtrium. dic vt no. Inno. ⁊ hec
opi. eſt hodie approbata in. c. ij. eo. ti. li. vj. ⁊ ẽ ratio
nã hec canonica poꝛtio daꝛ pꝛincipaliter eccl'ie pro
chiali ppter onera que ſubit circa ſuũ parochianũ
in vita ſua vt apte colligiꝛ ex. c. j. ſ. e. ¶ Extra gl. q̃
ritur vtrũ ep̃s debeat habere de bonis hui⁹ ingre-
dientis religionẽ aliquã poꝛtionẽ. cuꝫ de eo fuit fa
cta queſtio ⁊ rñſio omiſſa. So. dicit Inn. ꝙ ſi mõa-
ſteriũ nõ eſt exemptũ habebit ſuã canonicã poꝛtio
nẽ. ⁊ intellige in pꝛimo caſu hui⁹. c. ſcꝫ qñ ingreſſus
ẽ factus in egritudine de qua decedit. ⁊ ex iſtis bo-
nis detraheꝛ due q̃rte. vna ep̃alis. alia parochia-
lis. ⁊ diuerſo iure debenꝛ. nã ep̃alis debeꝛ propter
onus ep̃ale ⁊ cõionem q̃ ẽ inter ep̃um ⁊ eccl'ias ſibi
ſubiectas. c. requiſiſti. de teſta. prochialis vo debe-
tur ppter ſepulturã ibi electã propꝛ on⁹ qd̃ ſuſtinu
it in vita. c. j. ſ. e. ¶ Quis aũt pmo detrahet ep̃s vel
curatus. ⁊ vtrum ſecũda detractio ſit fienda de to-
to. i. habito reſpectu ad totum. an habito reſpectu
ad reſiduũ. dicã. j. e. certificari. ¶ Sꝫ quero de que
ſtione quotidiana. nunq̃d ep̃s ſeu eccl'ia prochialis
poſſit poꝛtionẽ ſuã petere ab herede vel fideicõmiſ
ſario qui fuit grauat⁹ aliquid dare eccl'ie ſepulture
¶ So. Inno. hic multũ inſtat. ⁊ ex dictis ipis pñt in
effectu elici due ſolutiões. Nam pmo voluit ꝙ ep̃s
vel eccl'ia parochialis poſſit agere ꝯ heredes etiaꝫ
actione ex teſtamẽto ſicut põt agere eccl'ia cui factũ
ẽ legatũ. nã oẽs eccl'ie ſũt vna eccl'ia. xxiij. q. j. in. c.
loquitur. vnde relictum factũ eccl'ie ſepulture vide
tur etiã factũ eccl'ie parochiali reſpectu poꝛtõis ſue
Scd̃o dicit Inno. melius videri ꝙ ſolũ eccleſia cui
factũ eſt relictum põt agere cõtra heredẽ actiõe ex
teſtamẽto. ſ ꝯ eccleſiam legatariã aget poſtmoduꝫ
ep̃s ſeu eccleſia parochialis. ⁊ ſi eccl'ia legataria eſt
negligens põt agere eccl'ia parochialis vt cedatur
ſibi actio p poꝛtione ſua. vel vt mittaꝛ in poſſeſſio-
nẽ nominũ debitoꝝ. Hoſti. dicit ꝙ inſpecta equita
te canonica q̃ſqꝫ cuius intereſt põt agere ꝯ euꝫ qui
habet facultatẽ reſtituendi. ar. in. l. ſi ⁊ me ⁊ titium
ff. ſi cer. pe. vbi dr̃ ꝙ ſi res mea ſeu mihi debita per-
uenit ad te ſine facto meo poſſum agere vt illã mi-
hi reſtituas. ita dicendũ in ep̃o vel in eccl'ia prochi-
ali vt poſſint agere cõtra heredẽ. ¶ Ego admitte-
rem hoc dictũ in eccl'ia parochiali. nam ex iuris di-
ſpoſitione videꝛ diminuta poꝛtio ſepulture p poꝛti
onẽ debitã eccl'ie parochiali. pro hoc. c. j. ſ. eo. duꝫ
impſonaliter dicit tertiã partem ſui iudicij dari ce-
ſemuſ. ⁊c. vnde ſicut falcidia ipõ iure reſecat ſeu di
minuit legata. l. linea margaritaruꝫ. ff. ad. l. fal. ita
hec poꝛtio parochialis diminuit ipõ iure relictũ fa
ctum eccl'ie ſepulture. hodie habes glo. no. in cle.
dudum in. §. veꝝ. in ver. largiri. eo. ti. que dixit ſu
iſſe declaratũ ꝙ eccl'ia parochialis poſſit interdice-
re heredi ſeu fideicõmiſſario vt poꝛtionẽ ſibi debi-
tam nõ ſoluat eccleſie ſepulture. Sed de ep̃o dubi-
to. qm̃ ep̃s ſuã poꝛtionẽ directo recipit ab eccleſia
legataria. nã ſibi nõ tenebaꝛ defunct⁹ aliq̃d relinq̃-
re. ſed eccleſia legataria rõne cõionis p̄dicte cõicat
ſibi legatũ. vt in. d. c. req̃ſiſti. tutũ tñ eẽt obſeruare
opi. Hoſti. ſ nõ credo pcedere de ſtricto iure.

# Ex parte.

Qui ſepeliunt parochia-
nũ alienũ quem ſepelire
nõ debẽt coguntꝛ reſtituere coꝛpus ⁊ que
rõne ipſius obuenerũt. h. d. cũ. c. ſe. In pma quere-
la. In ſecũda iudicis dato. ibi. mandam⁹. ¶ No.
pmo remediũ pditũ ꝯ iniuſte ſepelientes defũctũ.
nã põt agi p eccl'iam vbi debebat ſepeliri tã ad reſti
tutionẽ coꝛpoꝛis q̃ꝫ coꝝ q̃ obuenerũt occaſione fu-
neris. ¶ Secũdo no. ibi parochianũ. ꝙ ius funerã
di eſt de iure parochiali. hꝫ ergo eccl'ia parochialis
fundatã intentionẽ ſuã ſup funere ſui parochiani.
aſſerenti ergo ꝙ alibi debeat ſepeliri incũbit onus
pbandi. ¶ No. ibi. coꝛpus reſtituat ꝙ p cadauere
põt agi poſſeſſoꝛio. qd̃ meli⁹ probaꝛ. j. c. pxi. vbi la-
tius dicã. ¶ In glo. in. v. poſt appellationẽ in fi. ſed
cõtra ꝯcluſionẽ glo. op. de eo qd̃ habeꝛ in deciſa in
c. q̃ fronte. de ap. vbi impediꝛ ſepultura alicui⁹ niſi
pꝛius ſatiſfaciat creditoꝛibus p heredem. Sol. ali-
qui dicũt ꝙ illud pcedebat de ꝯſuetudine anglicoꝝ
⁊ nõ de iure cõi. Alij diſtinguũt inter obligatiõem
ex ꝯctu ⁊ ex maleficio. Pꝛimo cãu ex ꝯctu nõ inter-
dicaꝛ ſepultura. ſcd̃o ſic. Tertij ſic diſtinguũt vtruꝫ
fuit cõdẽnatus defunct⁹ in vita de rapina vſura vl'
furto vl' alio crimine notoꝛio. ⁊ tũc põt interdici ſe-
pultura. al's ſec⁹. Io. an. dicit ꝙ illa ps tanq̃ꝫ iniq̃ta
tẽ cõnnẽs merito fuit ibi deciſa ⁊ ſublata q̃ſi ſenti-
at ꝙ hodie nõ debeat ſepultura interdici. ⁊ aliꝛ nõ
declarat. Ego dicerẽ ꝙ aut deceſſit manifeſte in pec
cato moꝛtali. ⁊ tunc ex toto ſibi eſt interdicenda ſe-
pultura eccl'iaſtica. vt dixi. ſ. ſup rubꝛica. ⁊ ẽ glo. in
c. ij. ⁊. c. cũ ad monaſteriũ. de ſta. regu. Aut iſte fuit
cõfeſſus ⁊ recepit pniaꝫ ⁊ dꝫ ſepeliri in cimiterio ec
cleſiaſtico. lꝫ expſſe nõ mãdauerit de delicto ſatiſfe-
ri vel ꝯctibus. nam videꝛ tacite ꝯfitendo iniunxiſſe
heredib⁹ vt ſatiſfaciant. vt pbatur in. c. in l'ris. j. de
rap. ⁊ facit. c. fi. j. eo. qd̃ no.

# Cum liberum.

Summatũ eſt
ſ. c. pxi. ⁊ diui
de vt ibi. Nota pꝛimo ꝙ eccleſia vbi ẽ ele-
cta ſepultura põt agere vt reſtituaꝛ coꝛp⁹ defuncti
ſepeliendi i loco p eũ electo. ¶ No. ꝙ oblationes fa
cte iniuſte in vna eccl'ia pñt repeti p eccl'iam i q̃ veri
ſilr fuiſſent facte. Ex quo infero ad vnuꝫ quotidia-
nũ ꝙ ſi quis indebite in parochia aliena audiuit di
uina vel pcepit eccl'iaſtica ſacra p curatũ ppꝛiũ põt
agi ad reſtitutionẽ illaꝝ oblationũ. ⁊ debent reſti-
tui cũ integritate vt in l'ra. ⁊ ſic nihil debꝫ remanere

apud eccleſiam vbi indebite fuerant diuina adminiſtrata. ¶ Nota ibi vt oſſa. ⁊c. ar. ꝙ nõ ſolum põt repeti corpus defuncti ꝺ pñti ſepulcrũ. ſ etiã ꝑ tpa ita vt ſola oſſa ſupeſſe videant. ¶ Ultimo no. ibi reſtituant ꝙ ꝓ corpe ſeu cadauere violent ſublato põt agi poſſeſſorio. Sꝫ hic cadit qđ notabilis. nunquid ꝓbata violentia cũ poſſeſſione dꝫ ilico reſtitui corpus ſicut obſeruat in poſſeſſorijs cõpetentibus ad res ꝓphanas. Inn. dicit ꝙ lꝫ poſſit agi poſſeſſorio. nõ tñ põt reſtitui corpꝰ niſi priꝰ ꝓbet plene ius proprietatis. i. iuſticia ex q̃ ille debet ſepeliri in eccleſia actoris. nam ex ꝯrio põt ſequi abſurduꝫ. qꝛ ſi facta reſtitutione alia eccl'ia poſtmodũ obtinet in ꝓprietate iterũ eẽt reſtituendũ corpus cuꝫ cã ꝓprietatis abſorbeat cãꝫ poſſeſſionis. vt in. c. cũ dilectꝰ. ꝺ cau. poſ. ⁊ ꝓprie. ⁊ corpa defunctoꝝ nõ ſũt taliter tractãda. l. nec corpora. ff. de reli. ⁊ ſum. fu. Hoſti. dic ꝙ licet dictũ Inno. ſit equũ iure tñ nõ ꝓbat. de rigore dicendũ eẽt oppoſitũ. ne in vano iſte videat egiſſe poſſeſſorio. Do. pe. de ancha. dicit ꝙ etiã de eq̃tate nõ videt hoc dictũ ꝓcedere. nã interdicta ꝓ rebus ſacris ⁊ religioſis hñt cauſã mixtã. i. cãm ꝓprietatis annexã. l. ij. §. quedã. ff. de interdic. ſ agens ꝓ corpore ſeu cadauere videt agere q̃ſi ꝓ re religioſa. ꝫ oportet neceſſario ꝓbare cãm ꝓprietatis anteq̃ꝫ fiat reſtitutio. Aduerte qꝛ ex alio capite clarioꝛ h̃ dictũ poſſet defendi. nã põt agere nudo poſſeſſorio. nã nego ꝙ corpus defuncti ſit qđ religioſuꝫ. ſ dico ꝙ quẽadmodũ ꝓ hoie nõ põt agi nudo poſſeſſorio qꝛ hõ liber poſſideri nõ põt etiã ſi teneat vinculatꝰ. l. cũ heredes. in fi. ff. de acq. poſ. ita nõ põt hri poſſeſſio cadaueris cũ ius piter reſiſtat poſſeſſioni vtriuſq̃ꝫ ſine cã. ar. in. d. l. cũ heredes. iuncto tex. i auc. vt defuncti ſeu fune. defuncto. in pñ. Uolẽs ꝫ agere poſſeſſorio in predictis dꝫ ꝓbare iuſtũ titulũ poſſidendi cũ ius cõe reſiſtat nude poſſeſſioni. ad hoc c. ad decimas. de reſti. ſpo. li. vj. ⁊ hec rõ fundamẽtalis eſt illiꝰ. §. quedã. nam loca religioſa ⁊ ſacra nõ pñt ſine cauſa approbata a iure poſſideri. Itaq̃ꝫ primo cõclude ꝙ neceſſario eccl'ia agens ꝓ cadauere violẽter ſubtracto tenet ꝓbare titulũ poſſeſſionis. ſ dico ꝙ ſatis ẽ ꝓbare in poſſeſſorio titulũ apparenter iuſtũ. nec admitti debẽt exceptiões cõcernẽtes intrinſecũ defectũ tituli. ſed debẽt reſeruari in cauſa ꝓprietatis. hoc ꝓbo apte. ꝑ. c. ex pte. ⁊ c. ex tranſmiſſa. ⁊ c. litteras. de reſti. ſpo. in quibꝰ pꝫ ꝙ ad reſtitutionẽ cõiugis ⁊ ſic libere pſone põt agi poſſeſſorio. dꝫ tñ ꝓbari titulus ꝯiugij. ſ non admittit exceptõ ꝯſanguinitatis vel alia ſilis. Et ꝑ illõ. c. lras i fero ꝯ illud dictum Inno. quatenus dicit ꝙ plene debet diſcuti cã ꝓprietatis anteq̃ꝫ fiat reſtitutio corporis. nã cũ fiat reſtitutio mulieris vbi ſubeſt maiꝰ piculũ ꝓbato titulo apparenter iuſto. fortiꝰ dꝫ fieri reſtitutio cadaueris vbi nullũ ſubeſt piculuꝫ. Per h̃ infero etiã ad notabilẽ intellectũ illiꝰ. §. quedam. in. l. ij. de interdic. vt talia interdicta habeant cãm ꝓprietatis annexam. nõ vt plene diſcutiat cã ꝓprietatis ſicut ſi ageret petitorio. ſ vt ꝓbet titulꝰ poſſidendi apparenter iuſtꝰ. ꝑ h̃. c. in lris. de reſti. ſpo. ⁊ cle. vnica. de cau. poſ. ⁊ ꝓprie. vbi ꝑ beneficio. ⁊ ſic ꝓ re ſacra agit poſſeſſorio. nec diſcutit plene ꝓprietatis cã. ⁊ hec notabis quia faciũt ad multa. ¶ In gl. j. ibi magis religioſa. dic vt dixi in. c. fraternitatem. ſ. e. ¶ In fi. gl. dicit Hoſti. ꝙ ꝑſuppoſito ꝙ iſta fuit parochialis eccl'ia nihilominꝰ ꝑdidiſſet ius iſtiꝰ portionis ꝓpter violentiã illatã. vt. c. eum q̃. de preben. li. vj. et. l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi. Nec obſtat ſi dicat delictũ prelati. ⁊c. xvj. q. vj. c. ſi epus. qꝛ illud ꝓcedit cũ agit de re graui vl' de re imobili. vl' cũ ſolus ꝑlatꝰ deliq̃rit. ſecꝰ ſi tota eccl'ia cõmiſit violentiã. nota h̃ dictũ. nã ꝑ hoc vult Hoſti. ꝙ pena. l. ſi quis in tãtã. habeat locũ in rebꝰ eccl'ie etiã imobilibus cũ tota eccl'ia deliquerit. ſ quo ad res mobiles vel modici preiudicij ſentit ꝙ ſufficit violentia ſolius prelati. de hoc remitto ad ea que plene dixi in. c. j. de do. ⁊ contu. ¶ Sed q̃ro de. q. no. pone ꝙ parochianꝰ alicuiꝰ curati elegit ſepulturã apd frẽs ꝑdicatores q̃ volunt venire ꝓceſſionaliter cũ crucibus ⁊ alijs ꝯſuetis ad ꝺferẽdũ funꝰ ad eoꝝ eccleſiam ꝑſbyter parochialis ꝓhibet dicẽdo ꝙ nõ debẽt proceſſionaliter intrare parochiã ſuã. q̃ro quid iuris. Oldra. cõſil. cclix. cõſuluit ꝙ nõ obſtãte ꝓhibitiõe curati pñt frẽs intrare parochiã ꝓceſſionalit. mouet inter cetera. qꝛ cõceſſo fine vident conceſſa oia ad finẽ ordinata. c. prudẽtiã. ⁊ c. ꝑterea. de offi. dele. ⁊ l. ad. l. legatũ. ⁊ l. ad rẽ mobilẽ. ff. de ꝓcur. ſ iura cõcedũt fratribꝰ liberã ſepulturã. cle. duduꝫ. co. ti. ergo vident ꝯceſſa oia ꝑ q̃ ꝑuenit ad ſepulturaꝫ ꝓ hoc etiã facit. nã i ꝯtcibus videt tacite actũ vt ſeruet loci ꝯſuetudo. l. ꝙ ſi nolit. §. qꝛ aſſidua. ff. ꝺ edi. edi. no. Bar. in. d. l. nemo. ff. de duo. re. ꝫ idem dicendum in priuilegio vt conceſſa ſepultura videat tacite cõceſſum vt ſeruet ſolẽnitas ſolita in expletione ſepulture. Itẽ cui cõcedit hauſtus aque videt cõceſſum iter eundi ad fontẽ. l. ij. §. fi. ff. de ſer. ruſt. ꝑdi. Itẽ ſi fuerit cõceſſũ horreũ ad qđ habet tranſitus ꝑ domum videt etiã cõceſſus tranſitꝰ. l. olympico. ff. de ſer. vrba. ꝑdio. Itẽ videmus ꝙ propter finẽ cõceſſum licitũ ẽ ingredi domũ alteriꝰ etiã inuito dño ⁊ frangere pauimenta. vt in purgãdo cloacam. ff. de cloa. l. j. §. ꝙ ait ꝑtoꝛ. vide multa ſimilia. ſ. di. c. ij. ꝑ glo. ⁊ cum ſit cõceſſa libera ſepultura. niſi aliud habeat conſuetudo non tenentur priꝰ funus portare ad eccleſiam curati quia non eſſet libera ſepultura ſi impediretur etiam ad tempus. nam de ſignificato huius verbi libera eſt vt nõ requiratur conſenſus alicuius. vt no. in. c. de multa. de ꝑben. ⁊ in. c. licet epiſcopus. eo. ti. lib. vj. facit. l. procuratoꝛ cui libera. ff. de procur. per Bar. in. l. alia. ff. ꝺ ali. ⁊ ciba. lega. ⁊ nota hoc vltimuꝫ. naꝫ aliud videtur prima fronte ſentire glo. in. d. cle. dudum. §. verum. in. v. integre. ſ. ꝙ funus debet primo deferri ad eccleſiam parochialem ſed ſerua illam glo. vbi eſſet conſuetudo al's ſecus. ⁊ hoc ſentit Io. an. in. c. certificari. j. eo. ¶ In glo. ij. ibi conditione ex canone iſto. dicunt docto. ꝙ ſi eccleſia in qua eligit ſepulturam repetit corpus. tunc aget cõditione huiꝰ. c. ſi vero eccleſia parochialis repetit agit conditiõe. c. prece. ⁊ hoc ſi parochianus non eligit alibi ſepulturam. ſi vero eligit ſed minus debite aget ꝯditiõe. c.

fraternitatē.ſ.c.⁊ ita tranſeunt doct.h.ſed h dicta
nō videnť vera.nā anteq̄ȝ emanaret h.c.iſti clerici
ſepulture electe egerūt ad repetitionē corpis ⁊ pro
ptere a eos exaudiuit nō addēdo ſtatutū de nouo
ſȝ potius mandādo executionē iuriſ antiqui.nā ad
querelā vnius nō fit ius de nouo.c.ij.de cōſti.⁊ in
auc.vt facte noue cōſtitutiōes.⁊ in auc.vt ī medio
li.⁊ idē dico q̄ ad caſū.c.precedentis.⁊.c.fraternita
tē.tñ ſi bñ ponderet nō edit in eis ius nouū.⁊ ſic ſi
ob.l.vnica.ff.de cōdi.ex lege.q: loquiť qñ obliga-
tio induciť de nouo.dȝ enim agi iudicis officio ex q̄
ſpecifice deficit certa actio.nam ante hec iura nō ha
bebamus ius ſpecificū ſup hoc ſed' mentē iuri ex q̄
diſponebat ius q̄ q̄s libere ſibi eligeret ſepulturaȝ
tacite videtur prohibere vt contra volūtateȝ ſuam
nulla fiat nouitas.

o **Uxore.** Mulier nupta libē pōt ſibi eligere ſepulturā.h
primo. Pater filios impuberes vbi volue-
rit pōt ſepeliri facere ſi h hȝ ɔſuetudo.⁊ ſūt duo di
cta.ſcōm ē ibi.vtrū. ¶ No.pmo vnū caſū in q̄ ma-
ritus ⁊ vxor nō iudicanť ad imparia ſȝ ſūt eiuſdem
ɔditiōis vt in electione ſepulture.idē ē q̄ ad carnis
debitū.c.gaudem⁹.de diuor.⁊ ō materia dic vt ibi
no. ¶ No.ſcdo q̄ paria ſunt aliq̄d diſponi tpe ha-
bili vel tpe inhabili dūmodo effectus conferať ad
tēpus habile.vt in.l.q̄ ſponſe.C.de do.añ nup.⁊
in.l.in tēpus.ff.de here.inſti.idē dic ecōtra.ſic nō
licet diſponere tēpore inhabili.ita nec tpe habili ſi
effectus cōferť ad tps inhabile.vt in.d.l.q̄ ſponſe.
limita tñ hoc pur.j.dicam. ¶ No.in.§.vtrū q̄ non
ē facile iudicandū vbi ius nō repiť expſſum.nā pa-
pa qui pōt iura interptari noluit hunc caſū decide-
re interptationē faciendo vel pſilia pcedēdo. Ex q̄
infero q̄ nō ois caſus pōt decidi p iura iā poſita.p
hoc vide tex.no.in phe.cle.in.§.qñ. ¶ No.vnuȝ
effectū ſeu virtutē cōſuetudinis.nā ſuccedit loco iu
ris vbi deficit ius.j.di.ɔſuetudo.⁊ dic q̄ ɔſuetudo
hȝ tres effect⁹.nā imitať ius q: ſuccedit loco iuris
vbi ius deficit.d.c.cōſuetudo. Itē hȝ effectū inter-
ptatiuū q: interptať ius dubiū.vñ d: q̄ cōſuetudo
ē optima legū interpres.in.c.cū dilectus.de ɔſue.
⁊ in.l.ſi de interptatione.ff.de legi. Tertius effect⁹
ē abrogatiu⁹ ſeu derogatiu⁹.nā derogat legi.vicit
eni legē vbi ē rōnabilis.vt in.c.fi.de conſue.⁊ vide
de his tribus effectib⁹ gl.inſti.de iu.na.in.§.ex nō
ſcripto. ¶ Sed circa primā ptē.c.q̄ro q̄d de religio
ſo vel ſeruo nunq̄d poſſunt ſibi eligere ſepulturaȝ
hoſti.tenuit hic q̄ ſic p rōem hui⁹ tex.q: effect⁹ con
ferť in tps in quo religioſus abſolviť a lege ſupio-
ris ⁊ ſeruus a lege dñi.ſȝ in religioſo hodie deter-
minať ɔtrium.vt in.c.fi.j.c.li.vj.ſed doc.nō ſoluūt
ar.qd̄ formať p iſtū tex.ſȝ opi.hoſt.ſȝ dic limitādo
iſtā regulā q̄ qñ q̄ȝ ius aliquid phibet attēto effectu
⁊ tūc nō ē dñia vtrū fiat tpe habili aut tpe inhabili ex
quo effectus ɔferť ad tps habile.qñ q̄ȝ ius phibet
aliq̄d nō ſolū attento effectu ſȝ etiam attēto initio ⁊
tūc nō ſufficit q̄ ɔferť ad tps habile ⁊ iſte ē caſus in
l.ſi minor.ff.de ſer.expor.vbi minor.xx.annis nō
pōt manumittere ſeruū.inſti.q̄.ex cau.ma.nō po.
.§.eadē.l.q̄rebať nūq̄d id minor viginti annis poſ
ſit tradere ſeruū manumittēdū p⁹.xx.annū.⁊ diciť
ibi q̄ nō.q: lex in phibitione habuit reſpectū ad in
itium q̄ minor nō hȝ firmū cōſiliū.ita dicendū in p
poſito licet religioſus abſoluať a iugo ſuperioris
poſt mortē tñ in vita nō hȝ volūtatē.vñ nō pōt eaȝ
declarare ⁊ ſic phibeť ſibi electio ſepulture nō ſolū
attēto effectu ſȝ etiā initio.⁊ ſic ex iſto.c.⁊ ex illo ha
bes limitationē ad pdictā regulā quā bñ no. ¶ Sȝ
q̄ro q̄d in abbate nūquid poſſit ſibi eligere ſepultu
rā.videť q̄ nō p illud.c.fi.vbi generalr d: q̄ religio
ſi nō pñt ſibi eligere ſepulturā.ſȝ certū ē q̄ appellati-
one religioſoꝝ cōphendiť abbas.facit.c.fi.⁊ qd̄ ibi
no.de ſimo.⁊ in.c.eccl'ia ſancte marie de ɔſti.ſed in
cōtrariū facit rō l'ie illi⁹.c.fi.vbi d: cū velle ⁊ nolle ſi
habeant.⁊c.q̄ verba nō adaptāť ad pſonā abbatis
cū ipſe habeat monachos in ptāte ⁊ ipe nō ſit in po
teſtate alteri⁹ niſi quēadmodū alij clerici ſunt ī po-
teſtate ſupioris.vide glo.in.c.de pñtium.xvj.q.j.
⁊ cōſtitutio recipit intellectū ⁊ reſtrictionē ad limi-
tes cauſe expſſe.l.cū pať.§.dulciſſimis.ff.de le.ij.⁊
vide bo.glo.in.c.fi.de teſta.li.vj.⁊ forte ob h Jo.
an.dixit in nouella no.verbū ſatis breue q̄ illud.c
fi.p illā rōnem intelligiť de clauſtrali.q̄ſi dicat ō re-
ligioſo q̄ eſt ſub ptāte alteri⁹.ad idē adduco bonū
tex.xiij.q.j.c.ſoror.vbi d: q̄ ſoror bti Benedicti fuit
ſepulta in eo ſepulchro qd̄ beat⁹ benedict⁹ ſibi pa-
rauit vt ſic eēnt corpa ɔiuncta poſt mortē ſicut fuit
inter eos vnio aioꝝ in vita.nā ſoror fuit ſancta quā
appellam⁹ ſanctā ſcholaſticā.⁊ idē poſſet dici eadeȝ
rōne de alio plato religioſo.eēt tñ h latius cogitan
dū.nā nō repio hanc.q.p aliquē ſpecifice tactā ſed
in ſeruo placet mihi opi.hoſti.vt poſſit ſibi eligere
ſepulturā.nā in iſtis ſpūalibus nō cōſiderať dñica
ptās.c.j.de ɔiu.ſeruo. ¶ Sed quero q̄d ſi vxor de
ceſſit nō electa ſepultura.glo.ſentit q̄ debet ſepeli-
ri in ſepulchro mariti p iura alle.i ea.ſȝ hodie ē tex.
clarus in.c.is qui.in.§.mulier.j.c.li.vj.vbi pl⁹ de-
cidiť.ſ.q̄ ſi mulier habuit plures maritos ſucceſſi-
ue ⁊ deceſſit nō electa ſepultura dȝ ſepeliri in ſepul
chro vltimi mariti cuius retinet domiciliū ⁊ hono-
reȝ.⁊ dicit ibi Jo.an.notabile verbū qd̄ hic pcedit
etiā ſi poſtq̄ȝ fuit vidua reuerſa ē ad domū patris.
nō eni h priuilegia ɔferunť loco ſed perſone.nec in
ſepultura debet haberi reſpectus ad locum habita
tionis. ¶ Sed hic cadit pulcherrima.q.pone q̄ vx
or predeceſſit nunquid debet ſepeliri in ſepulchro
maiorum ſuorū an in ſepulchro maiorū mariti.nā
ſi diceremꝰ q̄ in ſepulchro maioꝝ mariti poſſet ſeq̄
abſurdum.quia cuȝ maritus poſſet ſibi alibi elige-
gere ſepulturaȝ repiretur iſta mulier ſepulta inter
alienos in quibus forte nō vellet iacere cuȝ quiſq̄ȝ
cupiat poſt mortē iacere iter ſuos ſicut fecerūt ſan-
cti patriarche.xiij.q.j.c.j.⁊ ſequēs deciſio eſt mihi
multum dubia.vnde eget declaratione et poſſet
dici vt dicit hic papa.in.§.vtrum.vt ſtetur conſue-
tudini qua ceſſante ſatis putarem eque poſſe dici
q̄ ſi maritus preparauit ſibi ſepulchrum q̄ vxor in
eo ē ſepelienda.ad hoc.d.c.ſoror.⁊ q: animi deſti-
natione videť marit⁹ ibi ſepult⁹.idē vbi marit⁹

nõ habet propriũ ſepulchrũ. ſ3 dicit ꝙ intendit ſepe
liri in ſepulchro maioꝝ ſuoꝝ. ſ3 vbi maritus eẽt ab-
ſens ita ꝙ volũtatẽ ſuã nõ poſſit declarare videꝛ ſe
pelienda in ſepulchro maioꝝ ipſius mulieris. ¶ Cir
ca hoc cadit alia pulchra queſtio. q́d ſi vxoꝛ ꝑdece-
dens eligit ſibi ſepulturã nunquid marit⁹ poſtea
decedens nõ electa ſepultura debeat ſepeliri in ſe-
pulchro vxoris vel maioꝝ ſuoꝝ. Nõ dubitandi ꝑt
elici ex. d. §. mulier. rõnes ibi expſſe ceſſant in mari
to ſ3 ꝯriũ ego putarẽ. nam propꝛ vnionẽ q̃ fuit inter
eos in vita ius diſpoſuit vt vxoꝛ deberet ſepeliri i
ſepulchro mariti ergo idẽ ecõtra. multũ tamẽ facit
me dubitare. c. vnaqueq3. xiij. q. ij. vbi dicitur ꝙ mu-
lier dꝫ ſequi maritũ nihil dixit ecõtra. ⁊ patriarche
ſimpliciter mandarũt ſe ſepeliri in ſepulchro maio
rum ſuoꝝ. Itẽ indecẽs eſt ꝙ vir ſequaꝛ diſpoſitio-
nẽ mulieris. ſicut in ſimili dicit iuriſcõſultus in. l. ſi
ita ſcriptũ. ff. de lega. ij. ⁊ forte hec ps verioꝛ cogitã
dum tñ eſt. nã nõ memini alibi legiſſe. ¶ Circa ſecũ-
dã partẽ dicendũ ẽ ꝓut habeꝛ in. c. licet. j. e. lib. vj.
vbi dicitur ꝙ ceſſante ꝯſuetudine nõ poteſt pater eli-
gere ſepulturã filijs impuberibus ſ3 debent ſepeli-
ri in ſepulchro maioꝝ vel in eccĺia parochiali. ⁊ ſic
alternatiue loquitur ibi tex. ⁊ dicit ibi glo. ꝙ eſt alter-
natiua ordinis. ſ. vt ſepeliaꝛ prius in ſepulchro ma
ioꝝ ſi ſupeſt. aĺs in eccĺia parochiali. ⁊ hoc mihi pl⁹
placet ne fiat interꝑtatio in ꝑiudiciũ eccĺie ſepultu-
re. ⁊ hoc facit ad illã. q. de vxore ꝑdecedente.

c **Cum ſuper** Breue eſt ⁊ nõ ſolet
. ſummari ſed vt affe
rat aliquid vltra iura cõia ſũma ſic. Si pa-
rochianus eccleſie cathedralis alibi ſepeliꝛ de ipi⁹
funeralibus ſeu relictis eccĺie ſepulture debeꝛ q̃r-
ta capitulo eccĺie cathedralis ⁊ in h̃ eſt caſus ſingl.
¶ Nota primo iuncta ſupraſcriptiõe ꝙ iura loquẽ
tia generaliter de eccĺijs in fauorẽ earũ includunt
etiam eccĺiam cathedralẽ. ⁊ hoc colligiꝛ exponẽdo
hic tex. ſtatuimus. i. ſtatutũ eẽ oſtendimus. nam d̃
mente iuris antiqui hic erat in. c. j. ſ̃. e. ſec⁹ dic vbi
nõ tractaꝛ de fauore ſed de odio. ar. in. c. q̃uis. de
ꝑben. li. vj. ⁊ dic vt ibi. ¶ Nota ſecũdo ꝙ cathedra
lis eccĺia q̃nq3 habet parochiã diſtinctã in q̃ dꝫ hr̃e
iura parochialia ſicut eccĺia parochialis inferioꝛ.
nã hoc. c. loquiꝛ de eccĺia cathedrali. vt colligiꝛ ex
ſupraſcriptione vbi ſcribiꝛ capitulo fauentino nõ
expſſo noĩe eccĺie ⁊ iõ intelligiꝛ de eccĺia principali-
oꝛi iuxta theoricã glo. in. c. j. de offi. lega. li. vj. ¶ No
ta tertio ꝙ vbi eccĺia cathedralis hꝫ parochiã iura
parochialia ꝑtinẽt ad capĺm ⁊ nõ ad epm̃. vt colligi
tur ex tex. iuncta ſupraſcriptiõe. ¶ No. ibi alibi. ⁊c̃
ꝙ vbicũq3 ſepeliꝛ parochian⁹ q̃rta debeꝛ eccĺie pa-
rochiali nõ aũt eccĺie in cui⁹ parochia deceſſit. ¶ No
ta ibi eligere. ꝙ hec portio debeꝛ ex electione ſepul
ture. Quid aũt ſi q̃s eligit ſepulturam in certa ec-
cleſia ⁊ eidẽ legauit multa. nunquid debeaꝛ portio
eccĺie parochiali ſi caſu nõ potuit ibi ſepeliri ſ3 alibi
fuit ſepultus. q́ eſt no. ⁊ ꝯre. ꝯſiꝛ. x. cõcludit ꝙ nõ
q2 aĺs ſequereꝛ ꝙ ex duab⁹ eccĺijs haberet portio-
nẽ. ⁊ ſm̃ h̃ limitari debẽt oĩa iura q̃ loquunꝛ de reli
cto facto eccĺie ſepulture vt intelligaꝛ ſi de facto ibi
fuerit ſepult⁹. ego admitterẽ hãc diſtinctionẽ reſpe
ctu funeraliũ ſ3 reſpectu relicti dubito q2 caſus con
tingens nõ dꝫ obeſſe eccĺie parochiali. Itẽ certũ eſt
ꝙ occaſione ſepulture relictũ fuit factũ. ġ ipſo facto
q̃rta fuit debita eccĺie parochiali. c. j. ſ̃. e. d̃ q̃ ẽ lati⁹
cogitandũ. ¶ No. ibi relinquaꝛ. ꝓ intellectu. c. j. ſ̃.
e. vbi dicitur dari cenſem⁹. ⁊c̃. videꝛ enim ſufficere vt
portio relinquaꝛ abſq3 eo q́ doneꝛ ante electionẽ
ſepulture. dixit tñ hic hoſt. ꝙ hec portio ꝓchialis
dꝫ neceo relinqui añ electionẽ ſepulture aĺs non tꝫ
electio ſm̃ eũ. ar. hic ⁊ in. c. j. ſ̃. e. ſ3 Jo. an. dicit ele-
ctionẽ ſepulture valere etiã ſi non relinquatur. ſatis
eni eſt ꝙ eccĺia hꝫ regreſſũ ꝯ eccleſiã legatariã ⁊ hec
opinio cõiter obſeruaꝛ. ⁊ ꝓ ea facit. c. fi. ſ̃. de teſta.
nã ſm̃ opi. hoſti. nũq3 eccleſie ſepulture tenerenꝛ
dare q̃rtã cũ deberet relinq̃ a teſtatore ⁊ tñ cõiter
iura innuũt oppoſitũ. Cõcludo ġ ꝙ eligens alibi ſe-
pulturã dꝫ relinquere portionẽ ſolitã ſue eccĺie pa-
rochiali ſ3 ſi non facit tꝫ electio ſ3 regreſſus daꝛ ꝯ ec
cleſiã legatariã. ⁊ intellige vt dixi in. c. de his. ſ̃. eo.
¶ Sꝫ q̃ro q2 portio canonica mandaꝛ h̃ relinq̃ ca-
pitulo. nunq̃d ep̃s habebit aliquã portionem. Jo.
an. ꝙ ſic. dicit eni ꝙ ex relicto facto eccĺie ſepulture
detraheꝛ due q̃rte. vna q̃ debeꝛ capitulo rõne iu-
ris parochialis ⁊ capĺm illã diuidet cũ ep̃o. c. requi
ſiſti. de teſta. ⁊ quartã portionẽ habebit ep̃s. dic vt
ibi dixi. ſcđa3 q̃rtã detrahet ep̃s ab eccĺia ſepulture
ꝑ. d. c. req̃ſiſti. ⁊. c. ꝯq̃rẽte. de of. oꝛ. q̃nq3 tñ quilibꝫ
ep̃s detrahet vnã portionẽ. vtputa ſi eccĺia ſepultu
re ⁊ alia eccĺia parochialis ſũt in diuerſis dioceſib⁹
nã ep̃s eccĺie parochialis habebit portionẽ ab iſta
eccĺia ⁊ ep̃s ſepulture ab illa eccĺia. ⁊ facit q́ dicam
j. c. pxi. ¶ Sꝫ q̃ro de alia q̃one no. pone ꝙ ꝓchia
nus eccĺie inferioris eligit ſepulturã apud eccleſiã
cathedralem nũq̃d hec eccĺia inferioꝛ poſſit petere
canonicã portionẽ ab eccleſia cathedrali. ⁊ videꝛ ꝙ
nõ. q2 tota dioceſis ẽ parochia epi. c. aplice. de do-
na. hinc eſt ꝙ quilibet de dioceſi põt habere recur
ſum ꝓ ſacris ad ꝓpꝛiũ ſacerdotẽ ⁊ ad ep̃m ꝓpꝛium
qui cõcurrit cũ quolibꝫ curato i ſua dioceſi de quo
vide glo. no. in. c. ij. de pe. ⁊ re. li. vj. ꝯtrariũ puto
verũ. q2 hec portio daꝛ rõne laboris vt ſit ſocia cõ
ſolatiõis. vt in. c. ſ̃. eo. Itẽ lꝫ q̃s poſſit recurrere ad
ep̃m nõ tñ ad capĺm ad q́ videꝛ ſpectare parochia
eccĺie cathedralis. Itẽ iura in h̃ loquũꝛ indiſtincte
⁊ hãc opi. ſentit Jo. an. p⁹ hoſti. in. c. req̃ſiſti. de te
ſta. ⁊ h̃ no. ¶ In glo. j. ibi. iure legati. vult gl. ſec⁹
eẽ ſi iure inſtitutionis vel alio iure. ſ3 tu tene ꝯrium
primo ꝑ iſtũ tex. qui dicit de teſtamento. ⁊c̃. ⁊ ꝑ de.
dudũ. de ſepul. ⁊ vide q́ dixi p⁹ Jo. an. in. c. j. ſ̃. e.
Itẽ ẽ no. tex. i. c. de his. ſ̃. e. vbi ſi infirmitate q̃s in
trauit monaſterium ⁊ ibi deceſſit debeꝛ q̃rta ⁊ tam
certũ ẽ ꝙ monaſteriũ capit tanq3 heres. ⁊ iõ dic ꝙ q̃
cũq3 titulo eccĺia ſepulture habuerit ꝓ aĩa ipſius de
functi. debeꝛ q̃rta ex q̃ bona obtinuerunt tpe infir
mitatis. ⁊ vide bo. tex. in. d. c. dudum. ¶ In fi. glo.
no. glo. ꝙ eccleſie parochiali ſolũ debeꝛ q̃rta de re
licto facto eccĺie ſepulture ⁊ nõ alijs eccleſijs. ⁊ idẽ
no. glo. in. c. ſequeñ. ⁊ in. c. j. ſ̃. e. ⁊ dic latius vt dixi
in dicto. c. j.

c **Ertificari.** In quãtitate canoni-
ce que debeꝫ eccleſie
parochiali ſtaꝫ loci cõſuetudini. Cõis diui-
ſio. ſecũda ibi. cũ aũt. ¶ No. ꝑmo ꝙ nõ oĩs eccleſia
hꝫ ius ſepulture. nã vt hic vides ſepe ex priuilegio
cõcediꝫ ſepultura. ⁊ de hoc. j. latius dicã. ¶ No. ſe
cũdo ꝙ tam iura cõia ꝗ̃ priuilegia generaliꝫ loquẽ
tia debent interꝑtationẽ ſumere a loci ↄſuetudine
facit. l. cũ de lanionis. in. §. aſinã. ff. de fun. inſtru. ⁊
l. qđ labeo. ff. de ſuppel. le. ⁊. c. ex l̃ris. de ſpon. ⁊ vi-
de Inno. in. c. olim. de. v̄. ſig. vbi vult ꝙ qualiſcun
ꝗ̃ ſit diſpoſitio ſemꝑ dꝫ intelligi ſm loci cõſuetudi-
nẽ etiã cõtra ꝓpriũ ſignificatũ verborũ. ⁊ idẽ Bar.
in. l. oẽs ꝑli. ff. de iu. ⁊ iur. ⁊ vide glo. in. c. nõnulli
de reſcꝑ. ¶ Nota ibi beatus Hiero. ꝙ dicta ſcõrꝫ
pñt adduci ad deciſionẽ cauſaꝝ. facit. c. cũ aplica.
de his que fi. a pla. ⁊. c. ne innitaris. ſ̃. de cõſti. cum
ſilibus ¶ Cui aũt ſit magis ſtandũ an dicto vnius
ſancti an diſpoſitioni ſũmoꝝ pontificũ. vide tex. cũ
glo. xx. di. in ſũma. ⁊ in. c. j. ⁊ vide ꝑ Inn. in. d. c. ne
innitaris. ¶ Nota illud vulgare dictũ Hiero. que-
libet ꝓuincia. ⁊c. nã ſepe aliqđ ẽ honeſtũ in vna ꝓ-
uincia ⁊ inhoneſtũ apud aliã. ⁊ loquiꝫ Hiero. in ob
ſeruatiõe ieiunioꝝ. vt in. c. vtinã. lxxvj. di. nã pere
grinus debet in ieiunijs ⁊ in alijs obſeruantijs ſe
cõformare ↄſuetudini loci. c. illa. xij. di. facit. c. que
ↄ mores. viij. di. ¶ In glo. fi. in fi. vbi diciꝫ ꝙ ſi ex
tribus arbitris vnus cõdẽnat in. v. alius in. x. ter-
tius in. xv. tenet ſnĩa illius qui cõdẽnauit in. v. qꝛ ĩ
minori ſũma oẽs ↄueniunt ⁊ ſilr̃ tex. habes in. c.
j. de arbi. li. vj. ⁊ glo. clare ꝓcedit vbi cõſuetudo eſt
reſtricta. j. quartam ⁊ dimidiã. qꝛ de his tribꝰ porti
onibus. ſ. dimidia tertia quarta facit mẽtionẽ tex.
iſte. Ex quo collige ꝙ nõ apparente cõſuetudine po
teſt ꝑciſe peti quarta ps. ¶ Sed dubiũ eſt nũquid
valeat cõſuetudo vltra dimidiã vtputa vt debeanꝫ
due ꝑtes eccl̃ie parochiali vel nũquid valeat vltra
quartã vt debeaꝫ minus ꝗ̃ quarta. Hoſti. remittit
ad ſũmã eo. ti. §. an illicitũ. ſub. §. vetus. ꝓpe fi. vbi
cõcludit ↄſuetudinẽ valere dũmodo ſit preſcripta
⁊ loquiꝫ in portione debita epõ ſed ꝑ hanc remiſſi-
onẽ ſentit ꝙ idẽ ſit in portione debita eccl̃ie ꝓchi
ali. ⁊ cũ hac opinione tranſit Io. an. hic. ⁊ iõ dicꝫ de
ꝑſcripta. qꝛ infra dimidiã ⁊ quartã valet ↄſuetudo
licet non ſit ꝑſcripta. ſufficit eñi tꝑs. x. annorũ ſꝫ qñ
debet eẽ ꝑſcripta requiritur tempꝰ qđ requiriꝫ ĩ ꝑ-
ſcriptione. ⁊ ſic tꝑs. xl. an. ↄ eccl̃iam. Ad primũ vi
de glo. no. in. c. fi. de cõſue. li. vj. que dicit vbi ↄſue
tudo eſt ꝑter ius ſufficit tꝑs. x. an. ſed vbi cõtra req̃
ritur tꝑs. xl. annoꝝ. vt in. d. c. fi. de cõſue. vnde ĩfra
dimidiam ⁊ quartam ↄſuetudo nõ eſt ↄ ius ſꝫ ꝑter.
iõ nõ requiriꝫ ꝙ ſit preſcripta ſꝫ qñ eſt vltra dimidi-
am vel citra quartam ↄſuetudo ẽ ↄ ius qꝛ nullo iu-
re caueꝫ vt debeaꝫ minus quarta vel vltra dimidi-
am. An aũt valeat ↄſuetudo vt nihil prorſus debe-
atur. varie fuerũt opi. ſꝫ videꝫ velle Hoſti. ⁊ Io. an.
poſt eũ. vt valeat dũmodo ſit ꝑſcripta cũ titulo. Sꝫ
ↄ h̃ dictũ op. nã ad eſſe ↄſuetudinis nõ requiriꝫ ti-
tulus cũ nullo iure hoc caueaꝫ imo potiꝰ caueꝫ op
poſitũ cũ ↄſuetudo ſit quoddã ius moribꝰ introdu
ctũ ⁊ ſic ius inductũ ex tacito cõſenſu populi. vt. j.
di. ↄſuetudo. ⁊ in. l. de quibꝰ. ff. đ legi. ⁊ in. §. ex nõ
ſcripto. inſti. de iu. na. vnde quẽadmodũ nõ requi
riꝫ titulus in lege ↄdẽda ita nec in ↄſuetudine cum
nõ ſit dr̃ia inter legẽ ⁊ ↄſuetudinẽ niſi ſicut inter ta
citũ ⁊ expreſſum. vt in. d. l. de quibꝰ. qđ tñ q̃ ad ius
canonicũ reſtringe. vt dixi in. c. fi. de ↄſue. ſed ſol-
uendo dic ꝙ dictũ iſtorũ doc. dꝫ intelligi in ↄſuetu-
dine impropriẽ dicta q̃ ꝓprie loquẽdo ẽ ꝑſcripta. ⁊
ſic intelligas gl. in. c. nõ ẽ. de cõſue. li. vj. ⁊ vide ibi
notabiliter ꝑ Io. an. in nouel. vnde ſic in ꝑſcriptio
ne ↄ ius requiriꝫ titulus. vt in. c. j. de ꝑſcript. li. vj.
ita in hac cõſuetudine impropriẽ dicta. vt ꝓbaꝫ in
d. c. nõ eſt. iuncta gl. ¶ Et ex his infero ↄ id qđ ta-
cite ſentiunt Hoſti. ⁊ Io. an. duꝫ videꝫ velle facere
dr̃iam vtrũ ꝑſcribaꝫ portio minor quarta an ĩ totũ
id ẽ vt nihil debeaꝫ. nã dico ꝙ vtroqꝫ caſu requiriꝫ
ꝑſcriptio cũ titulo cũ ſit cõtra ius. vt. ſ̃. dixi. ⁊ h̃ ve-
rum qñ inducitur ↄſuetudo ↄ eum cui debeꝫ por-
tio de iure cõi. nam tunc nõ eſt ꝓprie cõſuetudo ſꝫ
ꝑſcriptio. ideo debet hr̃e comites ꝑſcriptiõis ſed ſi
induceꝫ cõtra aliũ tunc poteſt induci vt cõſuetudo
⁊ ſic ſine titulo. qꝛ ad eſſe ↄſuetudinis non requiriꝫ
titulus vt. ſ̃. dixi. ⁊ ꝓ his vide Io. an. in. d. c. nõ ẽ.
⁊ in. c. fi. de ↄſuetudine. ſm ꝑdicta intellige glo. i. c.
j. de ſta. regu. ¶ Et ex ꝑdictis oĩbus cõclude ꝙ hec
portio debita epõ vel eccl̃ie parochiali põt ⁊ ꝓ parte
⁊ in totũ ꝑſcribi ⁊ ſufficit tꝑs ſine titulo de cuius ini
tio nõ eſt memoria qꝛ illa hꝫ vim tituli. vt in. d. c. j.
de ꝑſcrip. in. vj. ⁊ ſic pridie cõſului in. q. facti. ⁊ viđ
que dixi in. c. requiſiſti. de teſta. ⁊ videꝫ tex. in. c. de
quarta. de preſcrip. ¶ Quero in eo ꝙ hic fit mẽtio
de ꝑuilegio libere ſepulture q̃s poſſit tale ꝑuilegiũ
cõcedere. ⁊ ꝑmo ſcias ꝙ de iure cõi ſolũ eccl̃ie habẽ
tes populũ habẽt ius ſepeliendi. ius eñi funerãdi
ẽ de iure parochiali quẽadmodum ⁊ ſacroꝝ exhibi
tio. vt ꝓbaꝫ in cle. dudũ. §. verũ. e. ti. xiij. q. j. c. j. vo
luit Inn. in. c. j. ſ̃. e. ⁊ Io. an. ⁊ Archi. in. c. j. e. ti. li.
vj. qđ intellige ſm Io. an. ⁊ bene ſi talibus eccleſijs
fuit deputatũ cimiteriũ ꝑ epm̃. de cuius latitudine
dic vt habeꝫ in. c. ſicut antiquitꝰ. xvij. q. iiij. relique
vero eccl̃ie nõ habentes ꝑlm̃ habent ex ꝑuilegio ⁊
nõ de iure cõi. ¶ Quis aũt poſſit dare tale priuile
giũ. videꝫ primo ꝙ ſolus papa. ar. in. d. cle. dudũ.
nã ipẽ cõceſſit tale priuilegiũ ꝑdicatoribꝰ ⁊ minori-
bus poſtea ꝓrogauit ad. frẽs ſancti auguſtini ⁊ car
melitas vt ibi no. Itẽ hoc tẽdit in ꝑiudiciũ ꝓchia
liũ eccl̃iaꝝ. ꝗ̃ ſolus papa dꝫ hoc poſſe q̃ de iure vni-
us põt dare alteri. ad hoc. c. ij. de exceſſ. prela. Io.
an. hic multũ inſtat. ſꝫ finaliter ↄcludit vt etiam epõs
poſſit h̃ priuilegiũ ↄcedere. ꝓ hoc. c. bõe. xij. q. ij. ⁊
ſ̃. de dona. c. aplice. vbi patꝫ epm̃ nedũ poſſe ma
gnificare monaſteriũ ꝓ ſepultura ſuis ſꝫ etiã dare cẽ
teſimã reddituũ eccl̃ie ſue. Itẽ facit h̃ l̃ra. nã in anti
qua dicebaꝫ ꝑuilegijs noſtris. ⁊ demũ fuit remotũ
illud verbũ ur̃is ad denotandũ ꝙ etiam epĩ pñt h̃
ꝑuilegiũ impertiri. ⁊ hec ſnĩa mihi veriſſima videtur
adduco. c. ſic vnire. de exceſ. ꝑla. vbi dr̃ ꝙ epũs põt
vnire ⁊ diuidere eccl̃ias ſeu ꝓchias inferiores.
ad idẽ bo. tex. j. de ec. edi. c. ad audiẽtiã vbi q̃ſi vr̃
h̃ expſſũ. dicit tñ Io. an. ꝙ ſi vult ↄcedere cimiteriũ

de nouo infra parochiam alteri⁹ dȝ ħ facere ex iu-
ſta cā ꝛ de cōſenſu capituli. adducit no. in. c. cōſtitu
tus. de reli. do. Ego facio hanc rōnem eṗs nō pōt
ardua explicare ſine cōſenſu capituli. iuxta ea q̄ di-
xi in. c. nouit. de his q̄ fi. a p̄la. nec pōt ius vnius ec
cleſie dare alteri ſine cā. c. j. de re. ec. nō alie. li. vj. j.
de exceſ. p̄la. c. ij. vbi bo. tex. Ex predictis remanet
clara ꝛ ꝓbata predicta deciſio vt epi ꝛ ſupiores poſ
ſint. ꝛ idē dic de inferioribus p̄latis habentib⁹ in lo
co ius epale. ad ħ qđ no. in cle. j. de re. ec. nō alie. ꝛ
qđ dixi in. c. ſignificaſti. de fo. cōpe. ¶ Sed q̄ro qđ
ſi in priuilegio libere ſepulture nō apponat̄ ħ clau-
ſula ſalua iuſticia. ꝛc̄. Jo. an. inſtat. tandē dicit idē
eē ac ſi fuiſſet appoſita q2 nō eſt veriſil̄e ꝙ princeps
voluerit cōcedere priuilegiū cuȝ graui p̄iudicio ec
cleſie parochialis. ar. in. l. ij. §. ſi q̄s a p̄ncipe. ff. ne
quid in lo. pu. ꝛ in. c. ſup eo. de offi. dele. vñ p̄uile-
giū ſolū videt̄ ꝯcedere vt habeant iſti ſepulturā ſic̄
illi quib⁹ cōpetit de iure cōi. pro ħ ego adduco tex.
no. ꝛ q̄ſi expreſſum in ſili in. l. ſi q̄ñ. C. de inof. teſt.
vbi đr ꝙ ſi alicui inhabili p̄nceps cōcedit liberā fa-
cultatē teſtandi nō intelligit̄ cōcedere vt ſine ſolen-
nitatibus al's debitis poſſit cōdere teſtm̄ ſed videt̄
eū reſtituiſſe ad ius cōe. nā ſatis eſt ꝙ priuilegiū ali
q̄d cōcedat ex quo tractat̄ de p̄iudicio tertij. i. iuriſ
derogatione. ita dicendū in ꝓpoſito ꝟ ad maioreȝ
cautelam ꝛ cā dubitationis tollende ſolet inſeri illa
cl'a ꝛ ſic nō ob. ſi opponeret̄ de. c. ſi papa. de priuil'.
li. vj. vbi đr ꝙ verba debent aliq̄d opari. nā opant̄
in eo ꝙ tollunt dubitationē. ad ħ. l. q̄ mutuā. ff. mā
da. ꝛ in. l. q̄ dubitationes. ff. de re. iur. ¶ Ultimo
hic q̄ro pluries dictū fuit in ħ titulo ꝙ due quarte
epalis. ſ. ꝛ parochialis ſepe veniūt detrahēde de le
gato facto alicui eccl'ie. exēplū in legato facto alicui
eccleſie ſepulture q̄ ē ſubiecta eṗo loci. nam eṗs dȝ
hr̄e ſuā quartā iure epali p ea q̄ dixi in. c. req̄ſiſti. ſ̄.
de teſta. eccl'ia x̄o parochialis dȝ etiā hr̄e ſuā q̄rtaȝ
iure parochiali. vt in. c. j. ſ̄. e. cū multis ſi. Querit̄
q̄s nūc primo detrahet quartā. nā portio prius de
trahentis videt̄ pinguior. finge ꝙ eccl'ie fuerunt re
licta. lxxx. ſi eṗs p̄mo detrahit habebit. xx. que ſūt
quarta totius. p̄ſb2 parochialis ſolū habebit. xv. q̄
ſūt quarta reſidui. ſ. lx. ſi x̄o ecōtra p̄mo detrahat
ſacerdos ipſe habebit. xx. ꝛ eṗus. xv. q̄s ḡ dȝ potior
eē. Jo. an. hic multū inſtat poſt Hoſti. in ſum. ꝟ tā-
dem videt̄ cōcludere ꝙ idē ſit effectus in vtroq3 ca
ſu. nam ſi eṗs primo detrahit hȝ. xx. ſi ſacerdos pri
mo detrahit eṗs habebit. xv. ꝓ ſua portione. ꝛ. v.
ꝓ eccleſia parochiali q2 dȝ hr̄e quartā illoꝝ. xx. vt i
c. requiſiſti. de teſta. ꝛ ſic in oēȝ euentū habebit. xx.
Do. pe. de ancha. dicit ꝙ imo maxim⁹ ē effect⁹. q2
ſi eṗs detrahit primo habebit. xx. ꝛ ex. xv. debitis
eccl'ie parochiali habebit quartā ꝛ ſic habebit tres
ꝛ vltra. Si aūt detrahit ſecūdo loco nō habebit niſi
xx. ꝟ attende q2 non videt̄ habuiſſe mentē Jo. an.
nā puto ꝙ Jo. an. voluit ꝙ in oēm euentum nō dȝ
eṗs habere niſi quartā tot⁹. vñ dico ꝙ ſi eṗs p̄mo
detraxit nō pōt amplius detrahere de quarta eccle
ſie parochialis. q2 iā detraxit de toto aceruo. q̄rta
eni q̄ debet̄ eccl'ie parochiali dȝ p̄mo deduci tanq̄
es alienū. vt in. c. j. ſ̄. e. ad hoc. c. ſ̄. ꝓxi. vbi dicitur
ꝙ debet̄ de teſtō. vñ ſi eṗs p̄mo detraxit cū habuit
etiā quartā de quātitate debita eccl'ie parochiali nō
pōt ampli⁹ detrahere ſicut i ſili dicimus i decimis.
vt no. j. de deci. in. c. tua. Do. pe. de puſio in q̄dam
tractatu đ q̄rta tenuit ꝙ iſte due q̄rte dn̄t itegralit̄
deduci de toto. exēplū ſi fuerint relicta. lxxx. eṗus
habebit. xx. ꝛ eccl'ia parochialis alia. xx. ꝟ certe hec
opi. nullo iure ꝓbat̄. imo ꝓbat̄ oppoſitum ex his q̄
dixi in. c. raynaldus. ꝛ. c. raynutius. de teſta. vñ di
cerē ꝙ eccl'ia parochialis dȝ primo detrahere. mo-
ueor primo q2 hec q̄rta ē integralit̄ ſoluēda ſibi de
obuentionibus eccl'ie ſepulture. vt in cle. dudum.
p̄alle. Item hec quarta debetur ab ipō teſtatore ꝟ i
ſubſidium ab eccleſia legataria. vt in. c. p̄cedenti. et
in. c. j. ſ̄. e. ꝛ ſi hec quarta ipō iure nō diminuit ipm̄
relictum factū eccl'ie ſepulture. vt dixi in. c. de his.
ſ̄. eo. vñ nō pōt eṗs dicere ꝙ. lxxx. fuerūt relicta il-
li eccleſie q2 ius reſecat illud legatū ſic in effectu nō
vident̄ relicte niſi tres ptes. ḡ eṗs nō pōt petere q̄r
tam bis de quātitate debita eccl'ie parochiali qđ fa-
ceret ſi primo detraheret de toto ꝛ poſtea detrahe-
ret de parte. nec hoc exquirere eſt ſine miniſterio.
licet Jo. an. ꝛ Hoſti. aliter dixerunt ꝟ non cogitaue
runt oēs caſus qui pn̄t accidere. finge eni ꝙ eccl'ia
ſepulture ꝛ eccl'ia parochialis ſunt in diuerſis dio-
ceſibus eṗs nō habet quartā niſi de relicto eccleſie
ſibi ſubiecte alius eṗs habet aliam quartam. vt col
ligitur in. d. c. requiſiſti. de teſta. ꝛ apte voluit Jo.
an. ſ̄. c. ꝓxi. ꝛ etiam ſentit hoc caſu ſi eṗus ſepul-
ture primo detraheret de toto habebit. xx. p̄sbyt̄
parochialis qui habuit. xv. debet dare quartā eṗo
ſuo qui nullum cōmodū habuit de primo relicto.
ſi autem ponis ꝙ p̄sb2 parochialis p̄mo đtrahat
habebit. xx. ꝛ eṗs nō habebit niſi. xv. q2 non debet
habere quartam de illis. xx. cum eccleſia parochia
lis non ſit ſibi ſubiecta. ergo quandoq3 eſt magna
dr̄ia vtrū p̄mo eṗs detrahat vel curatus. ꝛ hec no.

i **R nostra.** Priuilegiati ſup iure
funerādi ſepelire pn̄t
eos qui apud eos eligunt ſepulturam ſol-
uendo tamē canonicam portionem eccleſie paro-
chiali. ſi vero alios ſepeliūt tenentur reſtituere q̄c-
quid occaſione funeris receperunt. Diuidit̄ i tres
partes principales. primo actoris petitio. ſc̄da ibi.
econtra reorum defenſio. tertia. ibi. talem cāc diffi
nitio. ¶ Nota primo ex iſto tex. ꝙ priuilegiatus ſu
per iure ſepeliendi non pōt recipe excōmunicatos
ſeu interdictos ad ſepulturam. priuilegiuȝ ergo li-
bere ſepulture refertur ſolum ad eos qui poſſūt ſe
pulturam eligere. ¶ No. ſecūdo ꝛ tene menti ꝙ ex
ceptio aliquorum caſuū nō firmat regulam i alijs
qui alio iure includunt̄ ſub regula. hoc colligit̄ ħ.
nā priuilegiū ſepulture fuit cōceſſū iſtis hoſpitala-
rijs ꝛ ſolū fuerunt excepti excōicati ꝛ interdicti nec p
hoc potuerunt ſepeliri impuberes q2 alio iure nō
pn̄t iſti eligere ſepulturā. facit qđ le. ꝛ not. in. l. j. de
ꝯdi. indē. Itē nō ꝙ p̄uilegiū reducēs aliquē ad iuſ
alicui cōpetēs de iure cōi recipit limitatiōes tradi-
tas al's de iure cōi. facit. l. ſi q̄ñ. C. de inoffi. teſta.

No. ibi de cuiꝰ ꝑrochia. ⁊c. ⁊ tene mēti ꝙ ꝓuilegiati
ſup ſepultura pñt corꝑa defunctoꝝ vbi iacēt cape ⁊
ſic nō tenent̃ recipe de manibꝰ curati vel de eccleſia
ipius. ⁊ optime facit iſte tex. ꝓ his que dixi in. d. c.
cū liberꝫ. ſ. e. ¶ No. ibi de oblationibꝰ. ⁊c. tex. no.
ꝙ quarta portio debet̃ ecclie parochiali nō ſolū de
relictis ſ; etiā de oblationibꝰ ⁊ alijs que portant̃ cū
funere vt cereis ⁊ ſilibus. ⁊ vide qḋ le. ⁊ not. in cle.
dudū. in. §. vex. c. ti. vbi format gl. q. q̄d i candelis
que dant̃ ad manū. ⁊ cōcludit ꝙ debet̃ quarta per
illū tex. ſ; ego adduco etiā iſtū tex. nā negari nō pōt
quin ſint oblate vel portate cū funere. ꝓ h. j. de. v.
ſig. c. cū inter. Et hoc bñ no. nā qḋ ibi dicit̃ in fratri
bus videt̃ habere locū quātū ad hoc in qualibet ec
cleſia ſepulture etiā ſi ſit ſimpl'r ꝓuilegiata vt h. naꝫ
pondera ꝙ priuilegiū nō fecit mentionē de his ob-
lationibꝰ ⁊ tñ papa interpretatur etiaꝫ de his debe
ri. Itē no. ꝙ etiā de equis ⁊ armis ⁊ q̄buſcunq; bo
nis debet̃ quarta. nā hic fuit cōceſſū ꝓuilegiū vt de
equis ⁊ armis iſtis hoſpitalarijs relictis in fauoreꝫ
terre ſancte nō ſolueret̃ q̄rta ergo de iure cōi debe
ret ſolui. ¶ No. ibi eorū oblati. ⁊ tene mēti quia ne
ſcio alibi ita expreſſum ꝙ oblati ⁊ cōuerſi ſepeliunt̃
apud eccliam vbi ſunt oblati. nec debet ſolui portō
ecclie parochiali qḋ ego intelligo in plene oblatis ⁊
ꝯuerſis vt q; tradiderunt ſe ⁊ ſua alẜ ſecus. ad hoc
qḋ le. ⁊ no. in cle. j. in fi. de deci. ⁊ in. c. vt priuilegia
j. de priuil. Itē intellige ſm limitationē. c. de his. ſ.
eo. Itē no. ibi in campis ꝙ interfectus in bello pōt
ſepeliri in ecclia. qḋ intelligo qñ bellum erat licituꝫ
nec deceſſit in peccato mortali. vide tñ qḋ no. in. c.
oīs de pe. ⁊ re. ⁊ facit qḋ no. j. c. pri. ¶ Ultimo no.
ibi ſepulture grā. ꝙ quarta ſolū debet̃ de relictis i-
tuitu ſepulture ⁊ indubie ex q̄ q̄s eligit ſepulturā i
aliqua ecclia videt̃ relinquere ꝓ aīa ⁊ ꝓ ſepultura
facit. l. nēſeniꝰ. ⁊ qḋ ibi no. ff. de excu. tu. ⁊ putareꝫ
ꝙ ſi alibi teſtator poſtmodū elegerit ſepulturaꝫ qḋ
tacite videt̃ ademiſſe legatū q; ademptionē oneris
ſequit̃ ademptio honoris ſeu relicti. ꝓ hoc bo. tex.
in. l. alūne. in. §. ſcia. ff. de adimen. lega. ⁊ in. l. filio
. §. matri. eo. ti. vbi bo. tex. ſecꝰ dicerē vbi teſtator q̄
fecit legatū ecclie ſepulture nō potuit ibi ſepeliri ſi-
ne culpa ecclie. puta q; fuit interfectus i bello ⁊ cor
pus nō pōt reꝑiri vel ſiili impedimento ꝯtingenti.
nā tūc arbitror ꝙ relictum debeat̃ ecclie ſepulture.
ar. op. in. l. que ſub cōditione. §. quotiens. cum. v.
ſe. ff. de ꝯdi. inſti. ⁊ i. l. j. ⁊ qḋ ibi no. C. d inſti. ⁊ ſub-
ſti. ⁊ ſentit hic Inno. q̄ etiā no. ſentit id qḋ dixi. in. c
cū ſup. ſ. c. vt de illo relicto debeat̃ portio ecclie pa
rochiali. de q̄ dic vt latius dixi in. d. c. cū ſup. fac eti
am optime iſta lrã ꝙ de relicto facto alteri ecclie nō
debeat̃ quarta dū ponderat ꝙ ſepulture grã. ⁊c. ⁊
ſic facit optime ad ea q̄ dixi in. c. j. ſ. e. ¶ In glo. j.
ibi habent ꝓplm. aduerte q; gl. nō loquit̃ apte ſ; me
lius dixiſſet ꝙ monachi pñt hr̃e ꝓplm ſeu ꝓrochiam
qḋ intellige ſi eis deputet̃ ꝑ ſuperiorē. nā de iure cōi
nō habēt. xvj. q. j. c. j. ⁊ eo caſu q̄ habēt nūq̄d pñt ꝑ
ſe miniſtrare ſacrã. dicā in. c. j. de ca. mo. ¶ In gl.
in. v. annos. de hoc dicendū hodie vt habet̃ i. c. lꝫ.
j. eo. li. vj. ⁊ dixi in. c. de vxore. ſ. e. ¶ In glo. in. v.

de cetero. in fi. no. gl. cū tex. ad quā q̄tidie fit remiſ-
ſio dū querit̃ nūq̄d iudex pōt ſententiare ſup futu-
ro. ⁊ dic latius ꝙ gl. ꝙ qñq; obligatio nōdū eſt orta
d pñti reſpectu futuri tp̄is ⁊ iudex ñ pōt ſe itromit
tere. rō q; deficit actori actio. iſte ē tex. i. l. j. ff. d vſu
ris. vbi dr̃ iudicē nō poſſe cōdēnare ad vſuras fu-
turi tp̄is. rō q; reſpectu vſurarū futuraꝝ nulla obli
gatio ē orta de pñti cū poſſit debitor ad libitū ſatiſ-
facere creditori. qñq; obligatio ē orta de pñti etiaꝫ
rōne futuri tp̄is ⁊ tūc iudex pōt ꝓſpicere in futurū
ita h. nā pſbr parochial' hꝫ hoc ius vt nemo poſſit
ſepelire ꝓchianū ſuū qḋ q̄dē ius hꝫ tractū etiā ad
futurū. idē in ſeruitutibꝰ ⁊ in annuis ꝓſtationibus
nam habēt tractū futurū merito iudex etiā ꝓſpicit
in futuꝝ. ⁊ vide qḋ no. Inn. in. c. auditis. de ꝓcur.
⁊ ꝑ glo. iuncto tex. in. c. romana. §. caueant. de ſen.
ex. li. vj. ¶ In glo. in. v. vbi apud eos. ibi cū quis.
hec glo. vſq; ad fi. pōt expediri ꝑ oppo. naꝫ videt̃ ꝙ
iſti parochiani potuerunt licite ſepeliri apud illos
hoſpitalarios cū ſunt religioſi. nam canon cōſulit
ſeu diſponit vt ſepeliat̃ q̄s apud eccliam maiorē ſi
fieri poteſt vel apud loca religioſa ⁊ in defectū apō
eccliam parochialē vt ē tex. ꝓma fronte mirabilis. i
c. vbicūq; tēporꝫ. xiij. q. ij. Circa ꝯriū gl. ponit tres
intellectꝰ ad illū tex. Primus ꝙ cōſulit ordinem ſer
uandū in electione ſepulture nō aūt diſponit quā-
do q̄s decedit ſepultura nō electa. ⁊ iſte bonꝰ intel-
lectus ad illū tex. ꝑ quē vitant̃ multe abſurditates.
Scōs intellectus vt loquat̃ de ꝑegrinis. ⁊ in h no.
glo. ſ; dic vt latiꝰ dixi in. c. j. ſ. eo. Tertius intellectꝰ
non multū ꝯuenit illi lr̃e. dic ꝙ formalit̃ ſoluendo ꝯ-
riū ꝙ iſte tex. ꝓcedit qñ parochiani non elegerūt ſe
pulturā nec habuerūt ſepulchrū maioꝝ vnde debe
bāt ſepeliri in ecclia ꝓchiali. ⁊ ſic intelligas iſtum
tex. ꝑ h. c. is qui. ⁊ c. licet. j. e. ti. li. vj. ¶ In gl. in. v.
niſi dolo. ibi cū dilecti. dic ꝙ ibi fuit bonꝰ dolꝰ ꝓpro
prie tunc appellat̃ dolus. nam ſi q̄s inuitat̃ ad ſer-
uiendū deo licet vbis allectiuis ſeu blandis nō po
teſt dici doloſe inductꝰ q; dolus ē machinatio frau
dis tēdēs ad deceptionē alteriꝰ. l. j. ff. de dolo. vid
gl. in regula ſcienti. de re. iur. li. vj. ſ; hic loq̄mur de
dolo malo qñ ꝓpter auiditatē tp̄alium clerici indu
cūt ꝓchianū alteriꝰ ad eligendū apud eos ſepul-
turā. vnde tex. iſte in. v. talē pōt dupl'r intelligi. pri
mo qñ dolus interuenit in electiōe ſepulture ⁊ tūc
iſti doloſi nullū ꝯmodū debēt hr̃e vt h dicta gl. vid
tex. hodie latiorē in. c. j. j. eo. li. vj. ſile habes i. c. cō-
ſtituit. xx. q. iij. vbi ponit̃ caſus ſingu. ꝙ ſi religioſi
auiditate ꝑrimonij alicuiꝰ inducāt eū ad religionē lꝫ
teneat ingreſſus ꝓuant̃ tñ religioſi ꝑrimonio illiuſ
ſcḋo pōt intelligi qñ dolꝰ fuit cōmiſſus in q̄litate re
licti vt q; volebat teſtator relinq̄re ſimpl'r ſ; rector
ecclie ſepulture dolo ſe induxit eū vt relinq̄ret i cā pri-
uilegiata vt ecclia parochialis ꝓuaret̃ ſua legitima
h eni ꝯperto nō minꝰ debet̃ q̄rta. vt i. c. fi. ſ. d teſt.
¶ Extra gl. ꝓmo oppo. ꝯ tex. de. c. fi. ſ. de teſta. vbi
dr̃ ꝙ de relicto ꝓ annuerſario vl' ꝓ ſeptia vl'. xxx. nō
debet̃ q̄rta cuiꝰ ꝯriū h innuit̃ dū dr̃ ꝙ de oblatiōibꝰ
debet̃ q̄rta. So. duplex ſm docto. prima ꝙ iſte tex.
loquat̃ de oblationibus que fiunt in prima miſſa.

Secūda ſo.ꝙ de relictis ꝑ anniuerſario.ꝛc̄.nō de
beꝰ quarta ſed de oblationibꝰ ibi factis ſic. ſed dicꝰ
Hoſti.ꝙ iſtud nō ſeruaꝰ de cōſuetudine.ꝛ no. hoc
dictū qꝛ ſatis placet. ¶ Scđo opp.cōtra iſtū tex.vi
deꝰ eni ꝙ hec ſnīa pape ī pluribꝰ fuerit ineptiſſima
primo qꝛ nō cōuenit petitioni prioris.vt pȝ ex ꝑn.
iuncto.ꝟ.talem.ſcđo ꝛ fortius papa in ſnīa cōdem
nat hoſpitalarios certo caſu niſi ꝓbauerint ꝙ ille.
U.elegerat ſepulturā apud eos ꝛ ſic tulit ſnīam ſu
per re dubia.ꝯtra.c.graue.xj.q.iij.Itē admittit ꝓ
bationē poſt ſnīaȝ citra appellationē.ꝯtra.c.cū dile
ctus.de fid.inſtru.ꝛ ꝯ quaſi totū titulum.C.ſen.re
ſcin.nō poſ.Itē fuit ſnīa cōditionalis ꝯ id qđ habe
tur.ij.q.vj.biduū.Itē in fi.huius lr̄e ferꝰ ſnīa ſine
certa quātitate ꝯ totū titulum.C.de ſen.q̄ ſine cer.
quā.ꝛ.ij.q.vj.§.diffinitiua.So.Hoſti.format que
dam ex his cōtrarijs ꝛ adeo ſibi viſa ē ſo.difficilis
vt dixerit ſoluat qui pōt.ſed poſtmoduȝ tradit du
as ſo.Primo ꝙ de iure hec ſnīa nō potuerit fieri ꝫ
ꝓceſſerit ex plenitudine ptātis pape.Et nota hanc
ſo.ꝙ ſnīa ꝑncipis valet quantūcūqȝ nō ꝯueniat re-
gulis iuris poſitiui.ad hoc qđ no.in.c.vnico.de li.
cōte.nam ſola voluntas ſua habeꝰ ꝑ lege.vt in.§.
ꝫ qđ ꝑncipi.inſti.de iu.natu.Scđa ſo.ꝙ tex.iſte po
nat ſnīaȝ a.ꝟ.talē.vſqȝ ad.ꝟ.nihilominus.abinde
vſqȝ ad finē inſtruit iudicē inferiorē qualiter debe-
at ſe habere.ꝛ ſic illa verba nō cōtinent ſnīam ꝫ cō-
miſſionē cū inſtructione.Huic ſolutioni in effectu
videꝰ inherere do.An.dicēs ꝙ ex quo in curia liqꝫ
de aliquibus articulis dūtaxat pōt ſup illis ꝓnun-
ciari ꝛ ſup illis in quibꝰ actor habet intentionē fun
datam ꝛ reus dicit ſe habere ꝓbationē in ptibꝰ de-
